CONSTANTINI

# MANASSIS

BREVIARIUM

HISTORICUM.

ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ

# ΤΟΥ ΜΑΝΑΣΣΗ

ΣΥΝΟΨΙΣ ΙΣΤΟΡΙΚΗ.

# CONSTANTINI MANASSIS

## BREVIARIUM HISTORICUM.

EX INTERPRETATIONE JOANNIS LEUNCLAVII, cum ejusdem, & JOANNIS MEURSII Notis.

*ACCEDIT VARIARUM LECTIONUM LIBELLUS,* *cura* LEONIS ALLATII, & CAROLI ANNIBALIS FABROTI JC.

Item Glossarium Græco-barbar. studio ejusdem FABROTI.



VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BARTHOLOMÆI JAVARINA,
M. DCC. XXIX.

# SERENISSIMO INVICTISSIMOQUE PRINCIPI GUSTAVO ADOLPHO, D. G. SVECORUM, GOTHORUM, VANDALORUM REGI,

## ET PRINCIPI HÆREDITARIO MAGNO DUCI FINLANDIÆ, ESTHONIÆ, VVESTHMANNIÆQUE &c. PRINCIPI.

QUantus sit Historiæ usus, etiam Regibus, GUSTAVE ADOLPHE, Rex Auguste, jam toties & a tam multis dictum, ut nemo ignorare possit; eaque de re sermonem hic instituere velle, merito putidum habeatur. Itaque hoc sufficiat unum; cum post ardua Regni negotia fessum animum oblectare Reges volunt, nusquam dignius occupari otium posse, quam in Historiæ lectione. Hanc ob rem Augustæ Majestati Tuæ Constantinum Manassem offero; qui compendio res ab orbe condito gestas usque ad annos a Christo Servatore nato mille ducentos comprehendit. Facio audacter; quod ea Majestatis Tuæ apud nos sit fama, immo orbem Christianum universum, inter cæteras virtutes hoc propositum maxime habere, amare & æstimare Litteras. id quod maximos quosque Principes tanto studio consectatos in comperto est, ut imperfectam sibi gloriam aliam omnem existimare viderentur, nisi hanc assecuti essent. Nomina prudens non recenseo, satis ex Historia nota. Quorum omnium cum virtutes sedulo conjunxeris, ad miraculum ævi hujus, REX AUGUSTE, hanc quoque laudem deesse Majestati Tuæ noluisti. Nempe tot illustria exempla, quæ perpetuo animo Majestatis Tuæ vere Regio obversantur, aliter facere haud patiebantur. Et ut illa etiam deessent, domi Majestatis Tuæ unum erat, omnium instar, Divi Caroli, parentis Tui, quem benivolentia Dei asserendis forti manu Majestati Tuæ regnis excitavit. Ad reliquas autem virtutes quod attinet; quis non Pietatem miratur, raram in tam excelso fastigio? quis non animi magnitudinem inconcussam? quis constantiam? quis fortitudinem? qui in primis istis annis, cum hostem barbarum & ætas Majestatis Tuæ & sua feritas, securum facerent, timere tamen coegisti; & regni fines ut intrepidus, ita invictus vindicasti. Ibit hæc

res in Historiam, REX AUGUSTE, & Posteritas vix sine stupore leget. Ac hujus quidem felicitatis instrumentum sane magnum, Vir illustris & incomparabilis Axelius ab Oxenstierna, Regiæ Majestatis Tuæ Cancellarius, immortale Regni decus: quem ut singulari illa prudentia habes Nestori prisco comparandum, ita ut etiam ætate habere olim possis, voveo, & opto. Non Te Rege, & illo tam fido ac prudenti consultore, adversi quicquam Majestatis Tuæ regnis accidere possit. Nec tacebo Joannem Skiitre, Virum Nobilissimum & Amplissimum, in Gronsio & Elfsio, Tuæ Majestati a consiliis, & rationibus: quem legationibus pluribus valde clarum, alii Principes non ignorant, & apud nos quicumque aliquam Reipublicæ partem tenent. Hæc ut omnia Majestati Tuæ gratularer, vis Fortunæ Tuæ expressit, & pronus quoque in Rempublicam nostram animus; cui tam impense faves, ut cum a Regnis Majestatis Tuæ abis, non invenias, cui favere magis possis. Hinc fœdus illud, cum Illustrissimis ac Potentissimis Belgii Fœderati Ordinibus nuper ictum. Hinc & quod ex illa gente Virum magnificum & amplissimum Jacobum DiicKium elegisti; cujus consiliis prudentissimis in maximis tot Regnorum negotiis uteteris: cujusque fide ac virtutibus præstantissimis exploratis in legatione non una, ad Galliæ ac Britanniæ Reges, tandem hic loci apud eos, quos dixi, Ordines, legati ordinarii munus sustinere voluisti. Neque hoc satis. Janum Rutgersium, inter prima patriæ ingenia Consiliarii dignitate exornasti; ut animum Majestatis Tuæ, in gentem ac Rempublicam nostram propensissimum, etiam isto modo ostenderes. Nemo igitur posthac mirabitur, si ingenia patriæ nostræ, REX AUGUSTE, studia sua votaque omnia Majestati Tuæ consecrent. Ego certe mihi id faciendum putavi; eoque nomine ad Regiæ Tuæ Benignitatis aram sisto Constantinum hunc Manassem, Historicum minime contemnendum, maxime in re Byzantina. Confidere ausim, veniam huic audaciæ fore, cum a Majestatis Tuæ in Litteras favore; tum ab ea, quam prædicavi, in gentem nostram benignitate. Concludam voto, REX AUGUSTE. Deus ille Opt. Max. Regum Regnorumque arbiter, Regiam Majestatem Tuam quam diutissime incolumem servet, ad nominis sui sanctissimi gloriam, subditorum utilitatem, & hostium terrorem. Lugduni Batavorum, ad diem VI. Kalend. Mart. CIƆ. IƆ. C. XVI.

REGIÆ MAJESTATI TUÆ

*Humillime devotus*,

JOANNES MEURSIUS.

# CONSPECTUS
## EORUM QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

*IN PRIMA PARTE.*

# LECTORI.

NON te multis morabor, Lector. Constantinum en Manassem, pridem tibi a me promissum, & per occupationes dilatum. Descripsi ex Codice Bibliothecæ Palatinæ, cui jam Auctores aliquot, antea non editos mecum debes. Versio, quam addidi, est Joannis Leunclavii, Viri Clarissimi, & de Rep. Litteraria præclare meriti, editis tot monumentis, quibus antea carebamus. Ad Græcum textum Notas ego paucules adjeci, quibus loca minus integra restituerem. Nam ut diffunderem me, & Historiam cum Historia compararem, non est visum operæ pretium. Contentus fui ipsum Manassem repræsentare. Vale; &, quisquis es,

ÆTERNITATEM COGITA.

---

ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΚΥΡΙΟΥ

# ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ

## ΤΟΥ ΜΑΝΑΣΣΗ

### ΣΥΝΟΨΙΣ ΙΣΤΟΡΙΚΗ ΔΙΑ ΣΤΙΧΩΝ,

Ἀπὸ κτίσεως κόσμου τὴν ἀρχὴν ποιουμένη, καὶ διήκουσα μέχρι τῆς βασιλείας κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βοτονειάτου. ἐξεφωνήθη δὲ πρὸς τὴν Σεβαστοκρατόρισσαν Εἰρήνην τὴν νύμφην τοῦ Βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ, σὺν τῷ αὐταδέλφῳ αὐτοῦ κυρίῳ Ἀνδρονίκῳ.

ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ

# ΤΟΥ ΜΑΝΑΣΣΗ

## ΣΥΝΟΨΙΣ ΧΡΟΝΙΚΗ,

ΑΡΧΟΜΕΝΗ ΑΠΟ ΚΟΣΜΟΠΟΙΙΑΣ ΜΕΧΡΙ τοῦ κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βοτανειάτου.

# CONSTANTINI MANASSIS

## COMPENDIUM CHRONICUM,

AB EXORDIO MUNDI USQUE AD NICEPHORUM BOTANIATEM.

A
Ἡ ΜΕΝ φιλόϋλος ψυχὴ ταῖς ὕλαις ἐπιχάσκει,
Καὶ πάντα πραγματεύεται πρὸς τὸ τυχεῖν τοῦ πόθου.
Σὺ δὲ ψυχὴ βασίλισσα ϗ φιλολογωτάτη,
Ἀεὶ διψῶσα γνώσεως ϗ λόγου ϗ παιδείας,
Βίβλοις ἀεὶ προσέτηκας, ἐντρυφᾷς τοῖς λόγοις,
Καὶ γίνεταί σοι τῆς ζωῆς ἅπας ὁ χρόνος λόγος.
Ἐπεὶ γοῦν ἐπεπόθησας οἷα τροφίμη λόγου
Εὐσύνοπτόν σοι ϗ σαφῆ γραφὴν ἐκπονηθῆναι,
Τρανῶς ἀναδιδάσκουσαν τὰς ἀρχαιολογίας,
Καὶ τίνες ἐβασίλευσαν, ἐτῶν δὲ μέχρι πόσων,
Ἡμεῖς ἀναδεξόμεθα τὸ βάρος τοῦ καμάτου,
B
Κἂν δυσχερὲς, κἂν ἐπαχθὲς τὸ πρᾶγμα, κἂν ἐργῶδες.
Παραμυθοῦνται γὰρ ἡμῶν τοὺς ἐν τοῖς λόγοις μόχθης.
Αἱ μεγαλοδωρεῖαί σου ϗ τὸ φιλότιμόν σου·
Καὶ τὸν τοῦ κόπου καύσωνα ϗ τῆς ταλαιπωρίας
Αἱ δωρεαὶ δροσίζουσι κενούμεναι συχνάκις.
Καὶ ταῦτα μὲν ἐνταῦθά μοι ϗ μέχρι τούτων στήτω,
Μήπως κολακικώτερος δόξῃ τισὶν ὁ λόγος,
Καὶ τὸν σκοπὸν καταλιπὼν ἄλλην ἀκούσῃ τρέχειν.
Πολλῶν ἱστορησάντων δὲ ϗ χρονογραφησάντων,
C
Καὶ σπουδασάντων μὲν εἰπεῖν ὀρθῶς ϗ φιλαλήθως,
Ἀλλήλοις, ἀνομοίως δὲ ταῦτα συγγραψαμένων,
Ἡμεῖς προχειρισάμενοι τοὺς μάλιστα δοκοῦντας
Τῆς ἀκριβείας ἔχεσθαι, ϗ μᾶλλον ἀληθεύειν,
Τὸ κατὰ δύναμιν ἡμῶν ἀποπληρώσομέν σοι.

Ὁ τοῦ Θεοῦ παντέλειος ϗ παντοκτίστωρ Λόγος
Τὸν οὐρανὸν τὸν ἄναστρον παρήγαγεν ἀρχῆθεν

A UT cupidus rerum terrestrium animus, iis ipsis inhiat, & omnem lapidem movet, quo potiri suo desiderio possit, ita tu, Domina, regio animo prædita, & eruditæ doctrinæ studiosissima, semper aliquid cognoscere ac percipere gestiens, libris incumbis, ex scriptis eruditorum voluptatem percipis, totam denique vitam in disciplinis liberalibus conteris. Quando igitur ut alumna doctrinæ postulasti a me tuum in usum conscribi libellum perspicuum & intellectu facilem, qui clare tradat res priscis gestas sæculis, & qui ab initio potiti rerum fuerint, quo usque progressi, quibus nationibus, & B quamdiu Imperio præfuerint, exponat: sane onus illud in nos recipiemus, tametsi rem nos difficilem, gravem, & operosam moliri non nesciamus. Nam labores in perficienda commentatione nostros munificentia, & liberalitas tua recreat, & æstum lassitudinis ac ærumnæ munera tua crebro repetita veluti roris cujusdam respersione mitigant. Ac de his quidem dictum hactenus esto, ne forte comparata videatur ad adsentandum oratio, neve relicto scopo evagari alio perhibeatur. Quum autem complures litteris mandarint historias ac annales, & recte quidem vereque cuncta narrare conati fuerint, diversa tamen id via modoque præstite- C rint: nos eorum auctoritatem sequuti, qui accurato maxime studio usi, ad veritatem accedere proxime videbuntur, expectationi votoque tuo pro viribus satisfecimus.

Edit. Paris. pag. 1.

pag. 2.

Perfectus ille Dei Sermo, rerum opifex omnium, ab initio cælum sideribus carens, & immensa tamen venustate ra-

Cælum ἄναστρον.

dionem plane divinorum fulgens, una cum terra & luce condidit. Erat autem id temporis tellus omnis ornatus expers, & cerni non poterat, incumbentibus illi crassissimis tenebris. At ubi lux orta se passim videret, ac dies extitisset: quæ prius erant inadspectabilia, cerni cœperunt, & tristis illa caligo per radios lucidos expulsa fuit. Hoc modo primus dies effluxit.

*Cælum secundum.*

Hinc altero illucescente, cælum secundum in orbem globumque solerter redegit, quod universis terrenis rebus seu tectum quoddam obductum, opifex ipse firmamentum appellavit, diversum omnino a priore siderum experte globo. Tunc & fluxam aquarum naturam, & abyssos a se invicem separavit, ac partim quidem sursum ad sublimitatem mentis intelligentia nequaquam comprehensibilem subvexit, partim in terra reliquit; utrisque cælo, tamquam septo muroque solido, interjecto. Ita die secundo præterlapso, tertius effulsit: quo rursus opifex ille sapiens aliis condendis intentus erat. Nam, quia super universam terram omnis libera liberaque aqua diffusa superficiem ejus quasi restagnando tegebat: repente liquidam hanc naturam non aliter coegit, ac si quis lac coaguli vi constringens, caseum ex eo conficiat. In hunc modum ea ee detracta, quæ prius terræ quasi luminibus officiebat, superficies ejus atque forma conspecta fuit, una cum rupibus, montibus, & præruptis collibus. Inde totam illud aquarum corpus & compagem mare nuncupavit: siccam vero naturam, sive lapideam, sive glebosam, terram appellavit. Simul eximiam vim potestatemque suam declarans, tametsi nec dum solis splendor existeret, omnis generis herbam nihilominus e terra provenire jussit, partim solius voluptatis, & oculorum delectationis causa, partim ad animalium pastum, & terram incolentium utilitatem. Tunc primum terra suis est ornamentis condecorata splendidius, quam puella tenera primumque viro desponsa, quæ auro & unionibus intertexta veste fulget. Renidebant venustæ violæ diversorum colorum, nimirum aliæ purpureæ, aliæ subfulvæ: itidem aliæ rosæ purpureæ conspiciebantur, aliæ subalbi coloris. Nec nivea deerant lilia, nec anagallides, nec hyacinthus, nec narcissus, nec quidquam eorum omnium, primo quæ vere proveniunt. Spicas erat cernere quasi striatas, & onustas frumento: hedera serpebat, nigris prædita foliis, corymbos quatiens: omnia perpulchra, rorida, splendida erant, terramque temperatis odoribus fragrantem reddebant. Herba passim mollis ac viridis humi strata boum, equorum, animalium ceterorum usibus serviebat. Præter hujusmodi telluris ornatum, quasique vestem elegantissimam, aderat etiam plantarum copia, ramique arborum venustis onusti foliis atque fructibus. Erat videre pulchram cerasum, melicam pal-

*Aquarum segregatio.*

*Edit. Paris. pag. 3.*

A Ἀπλέτῳ κάλλει λάμποντα μαρμαρυγῶν θεΐων,
Καὶ γῆν τὴν παντοθρέπτειραν, καὶ σὺν αὐτῇ τὸ φάος.
Ἡ γῆ δ' ἀπερικόσμητος ἀόρατος ὑπῆρχε,
Καὶ σκότος ἐπεκάθητο βαθὺ τοῖς ταύτης νώτοις.
Τοῦ δὲ φωτὸς αὐγάσαντος, καὶ πανταχοῦ χυθέντος,
Καὶ λευκοπέπλου λαμπραυγοῦς ἡμέρας γενομένης,
Ὤφθη τὰ πρὶν ἀθέατα, καὶ ἀχλὺς ἡ στυγνότης
Ἐφυγαδεύθη τῷ πυρσῷ τῶν φωτοβολημάτων,
Ἐν τούτοις οὖν παρέδραμε τῶν ἡμερῶν ἡ πρώτη.
Τῆς δὲ βλεφάρη λάμψαντος ἡμέρας τῆς δευτέρας,
Τὸν οὐρανὸν τὸν δεύτερον ἐσφαίρωσε πανσόφως,
Ἐν τοῖς ἐν γῇ παντεχνῆ δημιουργήσας στέγην,
Ὠνόμασε στερέωμα Θεὸς ὁ καλλιτέχνης,
B Παρὰ τὴν πρώτην ἄναστρον ἑτέραν οὖσαν σφαῖραν.
Τότε καὶ τὴν παντόχυτον φύσιν τὴν ὑδατίαν,
Καὶ τὰς ἀβύσσους διελών, καὶ τοῦτο μὲν ἀέριον
Πρὸς ὕψος ἀνεννόητον ἄνω μετεωρίσας,
Τὸ δ' ἐπὶ γῆς ἀπολιπὼν ὥστε τούτων μέσον,
Τὸν οὐρανὸν ὥσπερ φραγμόν, ὥσπερ στερρὸν τειχίον.
Κόρη μὲν οὖν ἐπέμυσεν ἡμέρας τῆς δευτέρας.
Καὶ τρίτη πάλιν ηὔγαζε, καὶ πάλιν ὁ τεχνίτης
Ὁ παντοτέχνης ὁ σοφὸς ἄλλοις προσεῖχεν ἔργοις.
Ἐπεὶ γὰρ ἐξεκέχυτο κατὰ τῆς γῆς ἁπάσης,
Ὁπόσον ἦν ὑπ' οὐρανὸν ὕδωρ περιπολεῦον,
Καὶ πᾶν τὸ πρόσωπον αὐτῆς ἐκάλυπτε λιμνάζον,
Πᾶσαν τὴν χύσιν εἰς ταυτὸ συνήγαγεν ἀθρόως·
C Ὡς εἴ τις γάλακτος λευκὴν ἰκμάδα γλυκυχύμου
Ὀπῷ συμπήξει, καὶ τυρὸν κύκλον ἀποτορνεύσει.
Ἀπορραγέντος πελαγίου τοῦ πρὶν ἐπιπροσθοῦντος,
Ὤφθη τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, ἡ μόρφωσις ἐφάνη,
Καὶ τῶν ὀρῶν, καὶ τῶν πετρῶν, καὶ λόφων βαθυκρήμνων,
Ἐντεῦθεν τὸ μὲν σύστημα σύμπαν καὶ τῶν ὑδάτων
Θάλασσαν κατωνόμασε. τῆς δὲ ξηρᾶς τὴν φύσιν,
Ὁπόση πεζοσίβαστος, ὅση λιπαροβῶλαξ,
Γῆν ὁ τεχνίτης κέκληκε Θεὸς ὁ παντουργέτης.
Τὴν δ' ὑπερφέρουσαν αὐτοῦ δύναμιν ἐμφανίζων,
Μήπω λαμψάσης τῆς αὐγῆς τοῦ γίγαντος ἡλίου,
Παντοδαπὴν ἐκέλευσε βοτάνην ἐκφυῆσαι.
Τὴν μὲν πρὸς μόνην ἡδονὴν καὶ τέρψιν τῶν βλεφάρων,
D Τὴν δὲ καὶ ζωοθρέμμονα, καὶ τοῖς ἐν γῇ χρησίμην.
Τότε τὸ πρῶτον στολισμοῖς ἡ γῆ κατηγλαΐσθη
Ὑπὲρ κορίσκην τρυφερὰν ἄρτι νυμφευομένην,
Χρυσοφόρον, στίλβουσαν πέπλοις κατημαργάροις.
Ἔλαμπεν ἴον εὔοσμον, ἀντέλαμπε τὸ ῥόδον.
Ἴων χροιὰ παντοδαπὴ πάντοθεν ὑπεγέλα,
Κυαναυγὴς, πορφύρεος, ὑπόκιρρος ἑτέρα.
Τινὰ μὲν περιπόρφυρα τῶν ῥόδων ἑωρᾶτο,
Τινὰ δ' ὑπελευκαίνετο, καὶ γλύκιον ἀντηύγει.
Ἦν κρίνον χιονόχροον, ἦσαν ἀναγαλλίδες.
Ὑάκινθος ἀνίμαινεν. ἦν καὶ ναρκίσσου κάλλος.
Καὶ πᾶν τὸ πρωτοφόρημα τοῦ ἔαρος χαρίτων.
Ἐπηγαυροῦντο στάχυες βαρούμενοι τῷ σίτῳ.
Ἕρπε κισσὸς μελάμφυλλος κορύμβους ἐπισείων.
Καλὰ τὰ πάντα, δροσερά, κάλλους αὐγὰς πληροῦντα,
Καὶ γῆν εὐωδιάζοντα συγκράτοις εὐοδμίαις
Ἔστρωτο πόα μαλακή, δροσίζουσα, βουθρέμμων,
Ἱπποφορβὸς, καὶ βουκολὶς, δροσώδης λειμωνία.
Τοσοῦτον στόλιον ἡ γῆ παντόχροον ἐφόρει.
Τοιοῦτον πέπλον εὐανθὲς εὔφαντον ηὐτύχει.
Ἦσαν καὶ φάλαγγες φυτῶν, ἀειθαλλῶν καὶ δένδρων

Καλλίφυλλοι καλλίκομοι κλῶνες ὀπωροφόροι.
Ἦν καὶ μαλέας εὐεξὴς ὄρπηξ ἀγλαοκάρπου,
Ἐλαῖαι πληθόωσαι, γλυκάζουσαι συκέαι,
Πίτυς λιπαροστέλεχος, ἐλάτη, δρῦς, πτελέα.
Προσέβαλλε τῆς πίτυος ἄνεμος τοῖς πετάλοις,
Καὶ γλύκιον ψιθύρισμα τοῖς φύλλοις ἐνεποίει.
Ἐκεῖ καὶ κέρασος καλὰ καὶ φοῖνιξ μελιτόεις.
Βοτρυομήτωρ ἄμπελος, ὄρχατοι κλημματίδων,
Καὶ βότρυς νεκταρόχυμος ἤρτητο τῶν κλημάτων.
Τὰ πάντα τελειόκαρπα, παντέλεια τὰ πάντα.
Οὐδὲν γὰρ ἀχαρίτωτον οὐδ' ἀτελὲς παρήχθη.
Ἐν τούτοις ἔδυ καὶ τὸ φῶς ἡμέρας τῆς τρίτης.
Ἔλαμπε δὲ τὸ πρόσωπον τῆς μετ' αὐτὴν ἡμέρας,
Καὶ πάλιν ἔργων κατάρχει, καὶ κέλευσις τοῦ Κτίστου
Τὸν οὐρανὸν εὐστέφανον τοῖς ἄστρασι γενέσθαι.
Τότε τῷ κάλλει οὐρανὸς τῶν ἄστρων διελευθέθη,
Ὡς πέπλος μαργαρόστρωτος, χρυσόπαστον ὡς φᾶρος.
Ὡς ὕφασμα κοσμούμενον ἐκ πυρραζόντων λίθων.
Τότε τὸ πρῶτον ἔφαυσεν ἡ κόρη τῆς ἡμέρας,
Ὁ μέγας γίγας ἥλιος, ὁ ζωοτρόφος λύχνος,
Πηγὴ φωτὸς ἀκένωτος, οἶκος πυρὸς ἀξύλου.
Τότε τὸ πρῶτον δαδουχεῖν ἀπάρξατο τὴν νύκτα.
Σελήνης ἡ γλαυκόφαντος καὶ φαεσφόρος σφαῖρα,
Ἀρτίκυκλος, ὁλοφαής, λιπαραυγής, τελεία.
Τότε τὸ πρῶτον οὐρανὸς ἀστέρας τοὺς μεγάλους
Καλλισφαιρώτους ἔβλεψεν ἐρίζοντας ἀλλήλοις,
Καὶ καλλωπίζοντας αὐτὸν ὡς ἄνθη τοὺς λειμῶνας.
Ὁ Κρόνος ἦν μελάντερος μολίβδινος τὴν χρόαν.
Ἔλαμπε Ζεὺς ὡς ἄργυρος. Ἄρης φλογώδης ὤπτο.
Ἔστιλβεν ἥλιος λαμπρὸς ὡς ὄβρυζον χρυσίον.
Ἀντηύγει δ' ὡς κασσίτερος σφαῖρα τῆς Ἀφροδίτης.
Ὡσεὶ χαλκὸς ἐρυθραυγὴς Ἑρμῆς ἐλαμπτηρύχει.
Διαφανὴς ὡς ὕαλος ηὔγαζεν ἡ σελήνη.
Οὕτως ὁ πέπλος οὐρανοῦ παντόχρους ἑωρᾶτο.
Ὁ Κρόνος ἐκυάνιζεν ὡς ὑακίνθου χρόα.
Ὡς κρίνον ἔλαμπεν ὁ Ζεύς, ἄρης καθάπερ ἴον.
Ὡς ῥόδον περιπόρφυρον ἥλιος ἦν χρυσίζων.
Ὡς λευκανθὴς ἀναγαλλίς, ἔστιλβεν ἑωσφόρος.
Ὡς ἄνθος ἐρυθρόβαπτον ἑρμῆς ἐφωτοβόλει.
Νάρκισσος καλλιπέταλος ἐφαίνετο σελήνη
Τοιαύτη τις ἀνθοχροία, τὸν οὐρανὸν ἐκόσμει.
Τοιαύτη τις ἐφίζανε τοῖς οὐρανοῦ προσώποις·
Ποικιλανθὴς χαρίεσσα καλλιλαμπὴς τερπνότης,
Καὶ κῆπον ἀστροφύτευτον τὸν οὐρανὸν ἐποίει.
Οὗ φυτοσκάφος ὁ Θεός. ὡς δὲ φυτὰ καὶ βλάσται,
Ὡς ἄνθη μυριόχροα τὰ τῶν ἀστέρων σέλα,
Τότε τὸ πρῶτον ἥλιος φαύσας, καὶ φωταυγήσας,
Φανείς τε κάλλος οὐρανοῦ, καὶ κόσμος τῆς ἡμέρας,
Ἐδούλευσε κελεύσματι τῷ τοῦ πεποιηκότος,
Καὶ μύσας συνετέλεσεν ἡμέραν τὴν τετάρτην.
Οὕτω μὲν οὖν τετέλεστο τὰ κατὰ τοὺς ἀστέρας.
Καὶ τέτακτο μὲν ἥλιος ἀστὴρ ἡμεροκράτωρ,
Τὸ δὲ σελήνης βλέφαρον ἐπύρσευσε τὴν νύκτα.
Ζῷον δ' οὐδὲν ἐν τοῖς τῆς γῆς ἐστρέφετο λαγόσιν.
Οὐχ ὑγροπόρον, οὐ πεζόν, ἀλλ' οὐδ' ἀεροπόρον.
Ἀλλ' ὁ παντέλειος Θεὸς τῇ τῶν ὑδάτων φύσει
Ἰσχὺν ἐνθεὶς ψυχώσεως καὶ δύναμιν γονίμην,
Ζῶσαν ψυχὴν ἐκέλευσεν ἐκεῖθεν ἐξερεύξαι,
Ὡς ἐκ γαστρὸς ἀρτιμελὲς ἔμβρυον ὠδινούσης,
Καὶ φορτουμένης τεκνοῖ τελειουμένου βρέφους.

*Constant. Man.*

A mam, fœcundam malum, florentes olivas, dulcescentes ficus, pinus pingues, abietes, quercus, ulmos. Ventus in ramos pineos delatus suavissimum quoddam murmur in foliis efficiebat. Erat cernere vitem racemorum matrem, & palmitum ordines. Uvæ succum nectareum continens palmitibus adhærebat. Omnia fructus maturos habebant, omnia perfecta erant. Non extabat quippiam expers gratiæ venustatisque suæ, non quidquam imperfectum. Secundum hæc diei tertii lux occidit, & quartus post eum exortus est. Itaque rursus opera jussaque sua Deus instituit, mandans ut cælum stellis,
B quasi corona quadam, cingeretur. Quapropter illud siderum pulchritudine fuit exornatum, instar pepli margaritis distincti, vestis auro intertextæ, panni lucidis gemmis decorati. Tunc primum illuxit ocellus ille diei, Sol magnus ille gigas, lucerna vitam nutriens, fons lucis inexhaustus, ignis materiei expertis domicilium. Tunc primum face quasi quadam cæruleus ille globus Lunæ integro lucens circulo, noctem collustrare cœpit. Tunc primum denique in cælo erat videre sidera magna, pulchris orbibus inclusa, secum invicem
C certantia, cælum ipsum sic exornantia, ut pratis flores ornamento sunt. Saturnus nigricabat, colore plumbeo: Jupiter sicut argentum splendebat: Mars flammeus conspiciebatur: Sol instar auri puri puti lucebat: Mercurius instar æris rubebat: Luna in morem glaciei pellucida suam & ipsa lucem emittebat. Ita diversi coloris peplo cælum obductum cernebatur. Saturnus cæruleus erat, qualis hyacinthi color est: Jupiter ut lilium splendebat: Mars ut viola: Sol aureus ut rosa purpurea: Lucifer ut albi floris: Mercurius ut tinctus rubedine flos: Luna ut pulchris conspicuus foliis
D narcissus. Ejusmodi quædam varietas cælum exornabat, & tam florida, tam elegans, tam splendida jucunditas in cæli spectaculo semet offerebat, efficiens hortum ex eo sideribus consitum, cujus ipsemet Deus auctor & cultor erat. Ipsæ siderum faces, plantas, germina, flores infiniti prope coloris referebant. Tunc primum Sol fulgens & lucem suam emittens, conspectusque tamquam ornamentum cæli, & diei pulchritudo, illius imperio serviit, a quo conditus fuerat, & oculo quasi clauso diem quartum absolvit. Sic igitur sidera perfecta fuerunt, ac Sol quidem ordinatus est
E velut Imperator diei, Luna vero tanquam noctis collustratrix. Necdum in amplis terræ spatiis animal quoddam versabatur quod vel aquam penetraret, vel pedes incederet, vel aera permearet. Enimvero perficiens ille cuncta Deus aquarum naturæ indita vi animante, ac facultate procreatrice jussit ut anima inde viva scateret, tamquam fœtus recens e parturiente,

*Siderum creatio.*

*Edit. Paris. pag. 4.*

*Animalium ortus.*

jamque partu infantis absoluti onerato ventre. Nam Dei mandatum veluti semen quoddam incidens, aquas admodum fœcundas reddebat. Hinc ortæ volucres aera libero volatu permeantes, quarum aliæ magnis sunt alis præditæ, & aduncis unguibus, quos armorum nactæ sunt loco: aliæ rostrum habent acutius novacula, quibus scilicet carnes pro cibis sunt destinatæ: quarum e genere sunt, Aquila volucrum Imperatrix, crudivori accipitres, aves cæteræ, quæcumque non coctis vescuntur. Hinc & aviculæ garrulæ, herbis victitantes, alis exiguis præditæ, vitæ brevis, varie cantillabant, in lustris garriebant, arbores perstrepebant, nimirum musicæ carduelis, alaudæ, spinni, sturni, aliæque volucres omnes, quæ agrorum herbas circumvolitant, & victum inde facilem conquirunt. Tunc etiam in terra bestiæ conspectæ sunt horribiles, leones hirsutas ac villosas cervices habentes, ursi, pardalides, tigrides, apri, bronci, elephas lato pectore, canes dentibus serratis

Edit. Paris. pag. 5.

instructi, veloces lepores: omnes denique tam volatiles, quam pedestres bestiæ, quæ vel in amnibus, vel mari, vel montibus degunt. Tot animalibus dum terras, & aquas, & aera complet Deus, eum inquam aera, quem vesti manibus haud elaboratæ consimilem suis ipsemet digitis opere subtili contexuit: jamque velut urbem quamdam munitam & amplam carnivoris ac herbivoris animalibus, & volucribus aperuisset: dies quintus cursum suum absolvit.

Paradisus a Deo conseritur.

Quum sextus autem appetiisset, hortum pulcherrimis arboribus insignem Deum condidit, non fodiendo, non terram colendo, non conserendo, sed verbo & sermone solo: cujus imperio quævis eo loco proveniebant arbores suaviter redolentes, umbriferæ, virescentes. Quisnam obsecro venustatem Edenis possit oculis subjicere? Istic arborum fructiferarum ordines erant, heic plantarum fragrantium non exigua copia: rursum ab alia parte cælum æquantes arbores voluptatis causa conditæ florebant, platanus irrigua, sublimis abies, excelsæ pinus, cupressi, ulmi, rami arborum mutuo se contingebant, & folia sese velut amabili complexu excipere videbantur. Etiam fructus dulcissimi proveniebant, Sole in arbores incidente; ac sensim per rimas foliorum penetrante. Fulgebant passim rosæ cum liliis, & quidem eo tempore spinis rosæ tam purpureæ, quam albæ radiantis sideris instar e terra germinantes carebant. Heic terræ superficies viridi gramine ornata erat, illic herbæ non purpureæ tantum, sed variorum quoque colorum conspiciebantur. Undiquaque lenis ille Favonius adflabat, & aera florum fragrantia complebat. Inter hæc omnia vitæ lignum germinabat, ornatum singula-

A Ὡς σπέρμα γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ κέλευσις ἐμπεσοῦσα,
Τὰς ὑγροχεουμένας ῥοὰς ἐποίει πολυγόνους.
Ἐντεῦθεν ταινυπτέρυγες ὄρνεις ἀεροβάται
Εἶχον ἐλεύθερον πτερὸν εἰς πετασμοὺς συντόνους,
Καὶ κύφας ἠλαφρίζοντο πρὸς λεπτυσμοὺς ἀέρος
Περιρροιζοῦντες τὰς αὐτοῦ χύσεις τὰς λεπτοχύτους.
Αἱ μὲν μεγαλοπτέρυγες, μεγαλογαυλοχεῖλαι,
Καμψώνυχες, ὡς βέλεμνα τοὺς ὄνυχας αὐχοῦντες.
Τὰ μὲν τὸ ῥάμφος ἔχοντες ὑπὲρ τὰς μαχαιρίδας,
Οἷς ἔμελλε βρωματισμὸς τὰ κρέα χρηματίζειν,
Καὶ σιτάτροφα γενέσθαι τὰ τῆς σαρκοβορίας.
Ὀρνεοκράτωρ ἀετὸς, ἵρακες ὠμοφάγοι,
Καὶ πάντες οἷς οὐ χρήσιμον τὸ πῦρ σαρκοφαγοῦσι.
B Ἐντεῦθεν δὲ στρουθάρια λάλα, βοτανοφάγα,
Μικρόπτερα, βραχύβια, ποικίλως ἐλαλάγουν
Καὶ λόχμαις ἐτιτύβιζον, καὶ δένδρα περιήχουν,
Ἀκανθυλλίδες μουσουργοὶ, κόρυδοι, σποῖνοι, ψᾶρες.
Καὶ πᾶν πτερὸν τὰς τῶν ἀγρῶν βοτάνας περιΐπτον,
Κἀκεῖθεν ἀπραγματεύτον ὄψον ἀθρόον συλλέγον.
Λέοντες λασιαύχενες, ἄρκτοι, παρδάλεις, τίγρεις.
Τότε καὶ θῆρες ἐπὶ γῆς ὤφθησαν φρικαλέοι,
Καὶ κάπροι χαυλιόδοντες, εὐρύστερνος ἐλέφας,
Καὶ κύνες καρχαρόδοντες, πτωκόποδες, λαγῖναι.
Καὶ πᾶν πτηνὸν, καὶ πᾶν πεζὸν, ὅσον ἐν ὑγροβίοις,
Ὅσον θαλάττῃ σύμφυλον, ὅσον ὀρεσινόμον.
Τοσοῦν δὲ ζώων τὴν ὑγρὰν πληρώσας καὶ τὴν χέρσον,
C Ὁ πάνσοφος ὀροφωτὴς τῆς παγκοσμίου στέγης,
Ναὶ μὴν τὸν ἀχειρέλαστον χιτῶνα, τὸν ἀέρα,
Ὃν θείων ἐμηρύσατο δακτύλων λεπτουργίᾳ,
Ὡς πόλιν ὀχυρόπυργον πλατεῖαν ἐφαπλώσας
Τοῖς σαρκοβόροις πετεινοῖς, καὶ τοῖς βοτανοφάγοις,
Ἡμέρας συνεπλήρωσε τὸ δρόμημα τῆς πέμπτης.
Ἕκτη δὲ πάλιν ηὔγαζεν ἡμέρα, ῥοδόχρους,
Καὶ κήπευμα καλλίδενδρον Θεὸς ἐφυτοκόμει,
Οὐ σκαφετείαις ἐν χερσὶν, οὐδὲ γαιομαχούσαις,
Οὐδὲ παλάμαις φυτουργοῖς, ἀλλὰ τῷ λόγῳ μόνῳ.
Καὶ δένδρον πᾶν ἀνέτελλε καλλίβλαστον ἐκεῖσε,
Εὔοσμον, εὐσκιόφυλλον, εὐπέταλον, ἡδύπνουν.
Τίς δ' ἂν τὸ κάλλος τῆς Ἐδὲμ ὑπ' ὄψιν παραστήσῃ;
Ἐκεῖθεν ὄρχατοι φυτῶν ἦσαν ὀπωροφόρων.
D Ἐνταῦθα φάλαγξ εὐωδῶν δενδράδων ἀειβλάστων.
Ἐκεῖσε νεκταρόχυμος ἀνέτελλεν ὀπώρα.
Ὧδε πρὸς τέρψιν ἔθαλλον οὐρανομήκη δένδρα.
Πλάτανος ὑδατότροφος, ἀκρότομος ἐλάτη,
Ὑπερηρμέναι πίτυες, κυπάρισσοι, πτελέαι.
Τὰ πέταλα συνέπιπτον ἀλλήλοις τῶν δενδρέων,
Οἱ κλῶνες προσεπέλαζον, συνήπτον οἱ πτόρθοι.
Ἐῴκεισαν αὐτόχρημα τῶν δένδρων αἱ φυλλάδες
Ἀλλήλας ἀγκαλίζεσθαι περιπλοκαῖς φιλτέραις.
Ἥλιος ἐπεμάρμαιρε, καὶ τοῖς φυτοῖς ἐμπίπτων
Διέρρει κάτωθεν αὐτῶν ἠρέμα καὶ σποράδην,
E Εἰς ὅσον τὸ συνηρεφὲς ἐνέδωκε τῶν φύλλων.
Ἔλαμπον ῥόδων κάλυκες, κρίνων ἀντίπογοι χρόα.
Ἄκεντρα δ' ἦν ἀνάκανθα τὰ ῥόδα τηνικαῦτα.
Ὁπόσον περιπόρφυρον καὶ λευκαυγὲς ἐν ῥόδοις,
Ὡς ἄστρον ἀκτινοβολοῦν ἀνέτελλε χαμόθεν.
Ὧδε τῆς γῆς τὸ πρόσωπον ἐφαίδρυνε ταῖς πόαις,
Ἐκεῖθεν ἐκυάνιζεν, ἀλλόθεν ὑπεγέλα
Ταῖς δροσοσταγέσι τῶν ἀνθῶν παντοδαποῖς εὐχροίαις,
Ζέφυρος ἁπαλόπνοος ἐπέπνει πανταχόθεν,

Καὶ τὸ ἀνθέων τῆς ὀσμῆς ἐπλήρου τὸν ἀέρα.
Ἐν μέσῳ τόποις τῆς ζωῆς τὸ δένδρον βεβλαστήκει,
Ταῖς χάρισι κατάκομον, καλλίφυλλον, ὡραῖον.
Ὑδάτων τομήτωρ δὲ πηγὴ κάτωθεν ἀνεῤῥάγη,
Καὶ τὸ καλλίδενδρον Ἐδὲμ ἐπότιζε χωρίον,
Καὶ τῶν φυτῶν ἐκάπτευε τὰς ῥίζας ϗ τοὺς πρέμνους,
Καὶ τῶν ἀνθῶν τοὺς ἁπαλοὺς ἐμόσχευεν ὄρχους.
Ἐκεῖθεν δὲ πρὸς τέσσαρας ἀρχὰς διαιρουμένη
Γίνεται μήτηρ ποταμῶν τῶν μεγαλοχευμόνων.
Οἱ ποταμοὶ δὲ τῇ φωνῇ ϗ γλώσσῃ τῇ τῶν σύρων
Φεισὼν καλοῦνται, ϗ γεὼν, φαρὰδ δ' ἐν τούτοις τρίτος,
Τέταρτος δ' ἐστὶν ἐδδεκέλ. κατὰ δ' ἑλλάδα γλῶσσαν.
Γάγγης, ϗ νεῖλος ὁ πολὺς, εὐφράτης δὲ, ϗ τίγρης.
Καὶ γάγγης μὲν περιπολεῖ γῆς εὐιλὰτ τοὺς ὅρους.
Ἐκεῖ χρυσὸς εὑρίσκεται, ϗ λίθος ὁ πρασίζων.
Ὁ Νεῖλος δ' ὁ λευκόρειθρος κυκλοῖ τὴν Αἰθιόπων,
Καὶ τὰς λιπαροβώλακας ἀρούρας Αἰγυπτίων
Εὐτρόφοις ἄρδει ῥεύμασι, ϗ τίθησιν εὐκάρπους.
Ὁ τίγρις δὲ φερόμενος ὡς βέλος μετὰ ῥοίζου,
Καὶ καχλασμοὺς ἀποτελῶν, ϗ ῥόθους βαρυγδούπους,
Τῶν χινισμάτων ἔναντι γῆς Ἀσσυρίων τρέχει.
Τοιόνδε σκήνωμα τερπνὸν φυτεύσας ϗ δενδρώσας,
Ἔπλασε ϗ τὸν ἄνθρωπον παντουργοῖς παλάμαις
Ἐκ χωματίνου ϗ λυγροῦ ϗ πηλοφύρτου βάρους,
Πνοὴν δ' ἐνθέμενος ζωῆς τῷ γεηρῷ σαρκίῳ,
Καὶ τέλειον τὸν ἄνθρωπον ἔμπνουν δημιουργήσας,
Καὶ σύνθετον ἀπὸ ψυχῆς ϗ σώματος ποιήσας,
Καὶ γνώμην χαρισάμενος ἐθελορμήτου γνώμης,
Καὶ καθ' ὁμοίωσιν αὐτοῦ πλάσας ϗ κατ' εἰκόνα,
Ἐγκατοικίζει τὸν Ἐδὲμ τῷ καλλιφύτῳ χώρῳ,
Ὡς ἐν θαλάμῳ μάργαρον, ὡς ἄλλον ἐν κόσμῳ κόσμον,
Μικρὸν μὲν τὸ φαινόμενον, ὡς ἐν μεγέθους ὄγκῳ,
Τῇ δέ γε τιμιότητι κρείττω πολλῷ τοῦ κόσμου,
Τοῦτον Ἀδὰμ ὡς ἐκ πηλοῦ χώματος πεπλασμένον
Ὁ τῆς πηλίνης κεραμεὺς ὠνόμασεν οὐσίας.
Καὶ θέμενος τοῦ τῆς Ἐδὲμ κάλλους πρωτοπολίτην,
Ἐκ πάντων ὀπωροφαγεῖν ἐκέλευσε τῶν δένδρων,
Τῷ δὲ φυτῷ τῆς γνώσεως μὴ χεῖρας ἐπιβάλλειν.
Τότε ϗ πᾶν χειρόηθες, ϗ πᾶν ἡμερονόμον,
Καὶ πᾶν ἐκτοπιζόμενον εἰς λόχμας πολυξύλους
Ἤγαγε ζῶον πρὸς Ἀδὰμ πεζὸν, αἰθεροπόρον,
Ὡς χρεὼν κλήσεις παρ' αὐτοῦ ταῖς φύσεσι προσφόρους.
Ἤγετο λέων δαφοινὸς, χαιτήεις, ταυρολέτωρ,
Ἄρκτοι βλοσυροβλέφαροι, πανστικτοὶ παρδάλεις,
Ἔλαφος ποικιλόδερμος δασύκερκος, καλώπηξ,
Ἐλέφας εὐρυμέτωπος, τὴν προνομαίαν σείων,
Δασύπους κολοβόκερκος κερατοπλήκτωρ ταῦρος,
Ἤγετο πέρδιξ ἐρυθρὸς τοὺς πόδας ϗ τὸ ῥάμφος,
Οἱ ψᾶρες οἱ μελάμπτεροι τὸ πτίλον ἐπισείοντες,
Καὶ χαλαζώματα τινὰ λευκότητος ἐμφέρον.
Τὸ κάλλος ἐπεδείκνυτο ταὼς ὁ χρυσοπτέρυξ.
Ἔλαμπε βάμμασι πολλοῖς, ἐχρύσιζε τὸ πτίλον,
Ἔστιλβεν ἁλουργόχροον ἐν τῷ ταῶνι χρῶμα,
Ἐπήνθει μέσον ϗ χρυσὸς ὡς ὀφθαλμὸς μαρμαίρων,
Καὶ κῆπον πτεροφύτευτον εἰργάζετο τὸ ζῶον.
Ἐκύκλου πάντα τὸν Ἀδὰμ, ὥσπερ δεσπότην δοῦλοι,
Ἐθώπευον, ὑπέτρεχον, ἔσαινον τὸν γενάρχην.
Ὁ δὲ κατέψα ταῖς χερσὶ τὰ δύσμαχα θηρία,
Ὡς ἀρτιτόκους νεαροὺς ἄρνας γαλακτοφάγους,
Καὶ τοὺς ἐκ τούτων οὐδαμῶς ὑπέτρεμε κινδύνους,

A lari gratia, pulchris foliis & fructibus. Ac fons aquam emittens e terra profluebat, arboreumque locum Edenis irrigabat, plantarum radices ac stipites aqua sua potans, itemque florum teneros ordines fovens.

Postea quatuor in principia divisus, fit amplissimorum fluminum parens. Ea vero flumina lingua Syrorum vocantur Phison, & Geon, & Phorad, & Eddekel: Græcorum autem lingua Ganges, Nilus, Euphrates, Tigris. Et Ganges quidem ambit terræ Evilatæ fines, ubi reperitur aurum, & viridi colore lapis. Aurum ipsum nativum est, splendidum, rutilans. Nilus autem albidus Æthiopum terram

*Origo quatuor fluminum.*

*Edit. Paris. pag. 6.*

B cingit, & pingues Ægyptiorum agros fœcundis aquis irrigat, redditque fructiferos. Tigris tamquam telum quoddam cum strepitu ruens, efficiensque sonos ac gyros horrisonos, e regione finium terræ Assyriorum currit.

Tum jucundum tabernaculum quam construxisset, ac arboribus ornasset, finxit & hominem manibus omnia perficientibus, de pulvisculo misero, & ex luto commisto pondere. Quumque terrenæ illi carunculæ vitæ spiritum indidisset, perfectumque hominem, & spiraculo præditum condidisset, ex animo & corpore compositum, donatum voluntate spontanea, suam ad similitudinem imaginemque formatum: incolam eum facit Edenis,

*Hominis creatio.*

C loci pulchris arboribus consiti, quasi collocans marinor in thalamo, & alium in mundo mundum: parvum quidem illum, quod magnitudinem attinebat, sed pretio longe mundo ipso præstantiorem. Hunc ex rubro pulvere formatum, Adamum appellavit figulus ille naturæ luteæ. Quumque collocasset eum in pulchro Edene primum civem, jussit ut fructibus omnium arborum vesceretur; saltem arbori cognitionis manus non admoveret. Tunc & mansuetum quodlibet animal, quamlibet item belluam, quæ evagatur in silvosa latibula, deduxit ad Adamum, quidquid pedes incedit, & in cælo volat: ut acciperent appellationes ab ipso, naturis consentaneas. Adducebatur cruentus, jubatus, tauri necator leo: ursi torvum

*Animalibus appellationes inditæ.*

D tuentes: pardi maculosi: cervus pelle varia: caudata vulpecula: elephas fronte lata, proboscidem quatiens: lepus mutilata cauda: cornibus feriens taurus. Adducebatur perdix, habens & pedes & rostrum rubrum: cum sturnis, alas habentibus nigras, qui pennas quatiebant, & albas notas instar grandinis ferebant. Pulchritudinem suam ostentabat pavo, alas habens aureas: lucebat coloribus multis, & aurum in plumis referebat. Fulgebatque in eodem & purpureus color, auro interspersо, splendentis instar oculi. Cingebant Adamum omnia,

E sicut mancipia dominum: adulabantur, accurabant, nostri generis auctori blandiebantur. Ille vero demulcebat manibus inexpugnabiles bestias, tamquam recens editos agnos, qui lacte vescuntur: neque quidquam ab ipsis periculi formidabat. Nam procax, mala, &

*Innocentia tuta.*

audax vitiositas nondum in ipsius corde locum habebat. Sic nihil est, quod in animum adfectionum expertem ejus habeat: non ignis, non fera, non flumen impetuosum. Si rex eris adfectionum animi, peccatique dominus, super basiliscos & truculentas feras incedes, leonem humiliabis, mansuefacies tigrim. Secundum hæc, Adamus somno acerbissimo sopitus est: somno, qui fuit initium eversionis, & omnia perdentis invidiæ. Costam ejus dormientis attigit ipse conditor: accepit hanc: formavit inde mulierem. Itaque de pulvere conditus Adamus, homo ille Princeps, Evæ matris primæ pater, respectu costæ factus est. Vivebant ambo in deliciarum prædio, ut infœcundi, qui rerum crassarum studio nullo tangerentur: quique corporis nullo pondere gravati essent. Utrisque vero legem præscripsit Deus.

*Edit Paris. pag. 7.*

*Evæ formatio.*

O terra (inquit) editi, & hujus Edenis primi cives: hæc omnia vestræ utilitatis causa producta sunt. Vestræ fruitionis gratia fructus arbores ferunt. Itaque satiamini omnibus, ex omnibus delicias quærite. Saltem perniciosum hoc cognitionis lignum, solum inquam hoc fugite: ne illud mihi attigeritis. Ejus contactus interitum, & gustus fel merum adferet. Iccirco si de hoc gustaveritis, ruetis ingentem ruinam. Idem si vitaveritis, stimulum mortis effugietis: & amplitudinem vitæ non finiendæ lucrabimini. Fert enim fructum amarum, & mortem ipsam. Eveniebant hæc ita: reverebantur hanc orationem auctores nostri generis: arborem illam, velut infestissimam, ex animo oderant.

*Invidia Diaboli & fraudes.*

Verum invidebat Satanas: fremebat dentibus: instar apri fumantis & efferati excandescebat: videre non poterat, ut angelorum more viverent. Itaque sceleratæ machinationis suæ instrumentum, serpentem fraudulentum & tortuosum invenit. Adulatur primæ hominum matri: fructum demonstrat adspectu jucundum: gustatu suavem, nectareum. Intuetur fructum illa, qui maturus erat: gratus adspectui: bonus ad vescendum. Arridebat is oculis: cor demulcebat: videbatur dulcedinem quamdam cordi gratam stillare. Ostendit & Satanas ei poculum fraudis, atque illud dulci adsentationis melle imunxit. Serpebat ille draco ingeniosus, sibilabat molliter. Si de hoc, ait, ligno pulchrum habente fructum gustaveritis, si saltem fructum ejus ori admoveritis: orbes oculorum vestrorum aperientur, eritisque Dii, & cuncta cognoscetis. Audit hæc mulier, animum adsentationi advertit: victa est per dulcitudinem: victa propter elegantiam. Transgressa est interdictum, edit de ligno: sumpsit ex eo: gustavit: conjugi dedit. Ambo de fructu comederunt, ejusque participes facti sunt. Sed mox ipsos malum comitabatur: aperti sunt eis oculi: viderunt turpitudinem: nuditatem, dedecusque suum agnoverunt. Hinc subibant umbrosas latebras, currebant sub densas ac frequentes arbores, obligacula de crassis foliis consuebant; sub arborem confugiebant; & sub tegmen. Optabant ut terra ipsos ore lato de-

*pag. 8.*

A Ἡ γὰρ σοβὰς καὶ πονηρὰ καὶ δημιουργὸς κακίας
Οὐδέπω κατεχόρευσε καρδίας τῆς ἐκείνου.
Οὕτως οὐδὲν τῆς ἀπαθοῦς ψυχῆς κατακαυχᾶται
Οὐ θὴρ, οὐ πῦρ, οὐ ποταμοῦ μεγαλοδούπου θράσος.
Ἂν βασιλεύῃς τῶν παθῶν, ὢν ἁμαρτίας ἄρχῃς,
Καὶ βασιλίσκων καὶ δεινῶν σκορπίων ἐπιβήσῃ.
Καὶ ταπεινώσῃς λέοντα, καὶ τίγριν ἡμερώσῃς.
Ἐν τούτοις ὕπνωσεν Ἀδάμ· ἀλλὰ πικρίας ὕπνον,
Ὕπνον ἀρχὴν ἀποστροφῆς καὶ πανωλέθρου φθόρου.
Ἥψατο τούτου τῆς πλευρᾶς καθεύδοντος ὁ κτίστης,
Ἔλαβε ταύτην, ἔπλασεν ἐντεῦθεν τὴν γυναῖκα.
Ἀδὰμ δ' ὁ χωματόπλαστος, ὁ πρῶτος ἐν ἀνθρώποις,
Εὔας τῆς παντομήτορος γέγονε πλευροπάτωρ.
B Ἔνδοθεν οὖν τοῦ τῆς τρυφῆς χώρου διῆζον ἄμφω,
Ὡς ἄσαρκοι, μὴ φέροντες φροντίδας φιλοΰλους.
Ὡς μηδὲ περικείμενοι σώματος ὅλως βάρος.
Ἀμφοῖν δὲ τύπον ὁ Θεὸς πάλιν ἐνομοθέτει.

Ὦ γηγενεῖς καὶ τῆς Ἐδὲμ ταύτης πρωτοπολῖται,
Ἅπαντα ταῦτα τῆς ὑμῶν χάριν παρῆκται χρείας,
Πρὸς τὴν ὑμῶν ἀπόλαυσιν πάντα δενδροκομεῖται.
Ἁπάντων οὖν κορέννυσθε, πάντων κατατρυφᾶτε.
Τοῦτο δὲ μόνον βλαβερὸν τῆς γνώσεως τὸ ξύλον.
Τοῦτο καὶ μόνον φεύγετε, τούτου μὴ ψαύητέ μοι.
Ἡ ψαῦσις φέρει τὴν φθορὰν, καὶ τὴν χολὴν ἡ γεῦσις.
Ἂν τούτου μόνου γεύσησθε, πτῶμα πεσεῖσθε μέγα.
Πικρὰν γὰρ ὀπωροδοτεῖ, καὶ θάνατον ἐκφύει.
C Ἂν τοῦτο μοι φυλάξησθε φεύξησθε κέντρον πότμου,
Καὶ πλατυσμὸν κερδήσησθε ζωῆς ἀκαταλύτου.
Ἦν ταῦτα, καὶ προσέβλεπον τὸν λόγον οἱ γενάρχαι,
Τὴν ἀπειλὴν ὑπέτρεμον, ὑπέφριττον τὸ ῥῆμα,
Καὶ τὸ φυτὸν ὡς ἔχθιστον ἀπὸ ψυχῆς ἐστύγουν.

Ἀλλ' ὁ Σατὰν ἐβάσκαινεν, ἔβρυχε τοὺς ὀδόντας,
Ὡς ἀφρηστὴς ἐθύμαινεν ὡς ἀγριώδης κάπρος.
Βλέπειν αὐτοὺς οὐκ ἔφερε βιοῦντας ὡς ἀγγέλους.
Καὶ τοίνυν ὄργανον αὐτοῦ τῆς κακομηχανίας
Τὸν ὄφιν τὸν δολόμητιν καὶ σκολιὸν εὑρίσκει.
Θωπεύει τὴν προμήτορα, δείκνυσι τὴν ὀπώραν.
Εἶδεν ἐκείνη τὸν καρπὸν, ἦν ὁ καρπὸς ὡραῖος.
Χαρίεις ἦν εἰς ὅρασιν, καὶ κάλλιστος εἰς γεῦσιν.
Ἐπήδυνε τὴν ὅρασιν, ἔθελγε τὴν καρδίαν.
D Ἐῴκει θελξικάρδιον γλυκυθυμίαν στάζειν.
Ἔδειξε τοῦτον ὁ Σατὰν, καὶ τὸν τοῦ δόλου σκύφον,
Ἐπέχεε γλυκάζοντι μέλιτι κολακείας.
Ἠρπύζε δράκων ὁ δεινὸς ἐσύριζεν ὑπούλως.
Ἂν ταύτης γεύσησθέ φασι τοῦ καλλικάρπου ξύλου,
Ἂν μόνον προσερείσητε στόματι τὴν ὀπώραν,
Κύκλοι διανοιγήσονται βλεφάρων ὑμετέρων,
Καὶ χρηματίσετε θεοὶ, καὶ γνώσεσθε τὰ πάντα.
Ἤκουσε τούτων ἡ γυνὴ, προσέσχε τῇ θωπείᾳ,
Ἡττήθη τοῦ γλυκάζοντος, ἡττήθη τῶν χαρίτων.
Καὶ τοῦ καρποῦ τὸ πρόσωπον ἀγλαΐζον τῷ κάλλει
Ἔλαβεν, ἀπεγεύσατο, δέδωκε τῷ συνεύνῳ.
Ἔφαγον ἄμφω τοῦ καρποῦ, μετέχουν τῆς ὀπώρας,
E Παρήκουσαν τῆς ἐντολῆς, ἔφαγον ἐκ τοῦ ξύλου,
Καὶ παρὰ πόδας τὸ κακὸν αὐτοῖς ἐπηκολούθει.
Ἠνοίγησαν τὰ βλέφαρα, κατεῖδον τὴν αἰσχύνην,
Ἐπέγνων τὴν γυμνότητα καὶ τὴν ἀσχημοσύνην.
Ἐντεῦθεν ὑπεδύοντο τὰς βαθυσκίους λόχμας,
Ἐπέτρεχον τὰ λάσια καὶ τὰ πυκνὰ τῶν δένδρων,
Ἔρραψαν περιζώματα φύλλων ἐκ παχυφύλλων,

Ὑπὸ φυτὸν κατέφυγε, ἔδραμον ὑπὸ σκέπην,
Χανεῖν αὐτοῖς ἐπηύχοντο τὴν γῆν πλατὺ τὸ στόμα.
Ἐπέγνω ταῦθ' ὁ φυτουργὸς τῶν ἀκηπεύτων δένδρων.
Ἐπέστη δραπετεύουσι τοῖς ἀρχηγοῖς τοῦ γένους,
Ὠνείδισε τὴν ἄγνοιαν, ἐκάκισε τὴν πλάνην,
Καί τι μακρὰ λογολεσχεῖν; ἀπήλασεν ἐκεῖθεν.
Ἐκόλασεν ἐργώδεσι βαρείαις ἐργασίαις.
Τὴν γῆν τὴν ζωοθρέπτειραν ἠπείλησεν ἐκφύειν
Ἀκάνθας κνίζουσας αὐτοὺς τριβόλοις ὀξυκέντροις,
Ὠδῖνας ἐπηράσατο δεινὰς μογοστόκους
Εὔᾳ τῇ πρωτομήτορι τῇ πρωτοπαθησάσῃ.
Καὶ πένης ὁ ταλάντατος καὶ δύσποτμος γενάρχης,
Ἀπελαθεὶς ἅμα δυσκλεῶς ἐκεῖθεν δυστυχήσας,
Κατῴκησεν ἀπέναντι τοῦ τῆς τρυφῆς χωρίου,
Καὶ δερματίνης ἐνδυθεὶς σαρκὸς ἀντιτυπίαν.
Καὶ γνοὺς τὴν Εὔαν ἐμπαθῶς Ἄβελ γεννᾷ καὶ Κάϊν.
Καὶ Κάϊν μὲν αὐλακισμοῖς προσεῖχε πεδιάδων,
Καὶ τὰς ἀρούρας ἔσπευδε ποιεῖν ταυροπολεύτας.
Ὁ δ' Ἄβελ ὁ νεώτερος ποιμαντικὴν μετήει.
Προσῆξεν οὖν ἑκάτερος τὰς ἀπαρχὰς τῶν πόνων.
Καὶ τοῦ μὲν Ἄβελ ὁ Θεὸς προσήκατο τὰ δῶρα,
Ὡς προσενέγκαντος ὀρθῶς καὶ τεθεραπευκότος.
Τοῖς δὲ δωροφορήμασι τοῦ Κάϊν οὐ προσεῖχε·
Τὸ πρόσωπον συνέπεσεν ἐντεῦθεν τὸ τοῦ Κάϊν.
Τὸν Ἄβελ ὑπεβλέπετο βλεφάροις μισαδέλφοις.
Καὶ τῷ μηδὲν πικράναντι μηδὲ λελυπηκότι
Ἐπενεγκεῖν ἐσκέπτετο παλάμας φονευτρίας.
Τὴν γὰρ τοῦ φθόνου κάμινον βρέμουσαν εἶχεν ἔνδον.
Τοῦτο καὶ δὴ τετόλμηκε, φεῦ ἀπανθρώπου γνώμης!
Καὶ τοὺς θεσμοὺς οὐκ αἰδεσθεὶς, οὓς αἰδοῦνται καὶ θῆρες,
Τὸν ἀδελφὸν παρέπεμψε ταῖς τοῦ θανάτου γνάθοις.
Ὀργίλον εἶδεν ὁ Θεὸς εἰς τὸν ἀδελφοκτόνον.
Ἀραῖς ὑπέβαλεν αὐτὸν ταῖς παλαμναιοτάταις.
Ἐντεῦθεν Κάϊν ἐλαθεὶς τῆς πρώτης παροικίας,
Καὶ γῆν πολλὴν ἐπιδραμὼν ἔπηξε τὰς αὐλαίας,
Ἔνθα καλὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐκείνου κατεφάνη.
Καὶ πρῶτος ἐπινόησε πόλεις ὀχυροπύργους.
Νηχύτου γενομένου δὲ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων,
Ὁδίταις ἐπετίθετο, λῃστείαις ἐπεχείρει,
Ἐσύλευε, διήρπαζεν, ἔχραινε χεῖρας φόνοις.

Ὡς δ' εἶχον ἀπαράκλητον τὸ πένθος οἱ γενάρχαι,
Ἐκ παλαμῶν φονουργῶν Ἄβελ ἀπολωλότος,
Τὸν Σὴθ αὐτοῖς τὸν δίκαιον Θεὸς ἀντιδωρεῖται,
Ὃς ἔθηκεν ὀνόματα τοῖς οὐρανίοις ἄστροις.
Ἐντεῦθεν ὡς βαθύρριζον δένδρον ἡ θνητὴ φύσις
Εἰς πληθυσμὸν καὶ πλατυσμὸν ἐληλακυῖα πλείω,
Εἰς πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς ἦν κατεσπαρμένη,
Καὶ πάντα περιτρέχουσα πᾶσαν ἐπλήρου χθόνα.
Ἐκκυλισθεῖσα δὲ λοιπὸν εἰς παρανόμους πράξεις,
Εἰς πᾶν ἐφέρετο κακὸν ὡς ἵππος εἰς πεδίον,
Ὡς εἰς τὸ κάταντες τροχὸς, κατακρανὴς ὡς ὕδωρ,
Ἕως εἰς βόθρον ἀσεβοῦς πλάνης κατερραγεῖσα
Θεοποιεῖν κατῆρξατο, καὶ σέβειν τὰ στοιχεῖα,
Καὶ τὴν τιμὴν ἀντὶ Θεοῦ τοῖς κτίσμασι προσφέρειν.

Ἦν δέ τις Νῶε δίκαιος ἐν τοῖς τοῦ Σὴθ ἐγγόνοις,
Ἔννατος ἐκ τοῦ σπέρματος Ἀδὰμ τοῦ πρωτοπλάστου.
Ὃς μετιὼν τῆς ἀρετῆς τὴν ἐννομοπραγίαν,
Καὶ τὴν κακίαν ἐκ ψυχῆς ἀποστυγῶν καὶ φεύγων,
Τοὺς φαυλουργοὺς καὶ δυσσεβεῖς ἔσπευδε σωφρονίζειν,
Ἐπεὶ δ' οὐκ ἔπειθεν αὐτοὺς τῶν φαύλων ἀποσχέσθαι,

A hisceret, ac prius eos vivos reciperet, quam morerentur. Animadvertit hoc consitor ille pulchrarum arborum: accessit ad fugientes nostri generis auctores: exprobravit dementiam: errorem est insectatus. Quid multis verbis opus est? abegit illos inde, mulctavitque laboriosis ac gravibus operis, minatus terram, animalium altricem, producturam spinas pungentes, ac tribulos stimulis acutis præditos. Parturigines imprecatus est graves ac difficiles Evæ matri primæ, quæ illas princeps est experta: Quamobrem calamitosissimus & miser ille generis auctor, quum adverso casu illinc expulsus esset: habitavit e regione fundi deliciarum, ac pellicea B veste indutus, quæ figura carnis erat. Evæque cognita, non sine vitiositate Abelum Cainumque genuit. Cainus agrorum culturæ intentus erat, & terram magno studio boum opera invertebat: Abelus autem junior pastoriciam exercebat. Itaque singuli Deo laborum primitias offerebant: qui Abeli quidem acceptabat munera veluti qui recte illa obtulisset, ac debito cultu: verum iis, quæ Cainus offerebat, animum non advertebat. Ex ea re factum, ut Cainus vultum suum demitteret, Abelumque fratrem oculis infestis adspectaret. Denique illi, qui nulla re ipsum læserat, adferre manus parricidiales cogitabat. Etenim in cor- C de caminum invidiæ ferventem habebat. Atque hoc quidem etiam ausus est facere. O mentem inhumanam. Non reveritus ea vincula, quæ belluæ reverentur, fratrem intra mortis mandibulas demisit. Deus autem fratricidam iracunde adspexit, eumque subjecit exsecrationibus maxime diris. Secundum id Cainus a sedibus primis ejectus, quum magnam terræ partem pervagatus esset: tabernacula fixit, ubi commodum maxime ipsi videbatur: primusque munitas turribus civitates excogitavit. Quum autem genus humanum valde diffusum esset, viatores Cainus aggrediebatur, latrociniis intentus erat: prædas agebat; cædibus inquinabat manus.

Cainus homicida princeps.

Cainus auctor munitionum & latrociniorum.

D

Interim quum generis auctores luctu adficerentur inconsolabili, Abelo perdito per manus parricidiales: Deus eis justum illum Sethum vicissim donat, qui nomina cælestibus astris imposuit. Hinc mortalium natura, tamquam arbor altas radices agens, magis atque magis aucta & amplificata, omnia circumcursitans totam terram replebat, perque superficiem ejus omnem dispersa erat. Verum deinceps exorbitans ad improba facinora, quodvis ad malum, velut equus in campum, ferebatur: quasique rota præceps, per declivia ruens in aquas: donec ad imum erroris impli gradum E prolapsa, divos cœpit facere, ac elementa colere, creatisque honorem Dei loco deferre.

Edit. Paris. pag. 9.

Erat autem justus quidam vir Noa, de Sethi posteritate, nonus ex Adami semine, qui primus fuerat conditus. Is virtutis & legitimarum actionum studiosus, quum odio vitia toto pectore haberet, ac fugeret; improbe agentes & impios

De Noa.

corrigere conabatur. Ubi vero persuadere non poterat, ut a sceleribus abstinerent: translatus est de terra, in qua prius erat natus, factusque aliis in finibus inquilinus, celerem illam arcam jussus est exstruere, ac in illam animal omne terrenum & aquatile includere, ut generis sui semen ac fomes quidam esset.

Obedit Noa Deo, quod imperatum erat, faciebat: lignis arcæ capacitatem exstruebat: quæ interius habebat infinitos amfractus, labyrintho consimiles.

Deinde Noa imponebat in arcam omnis generis animalia, terrena, volucria, pedestria. Deus autem adapertis cælorum tectis, tota inde pluviarum maria demisit: abscondidit vertices præcipitium collium, occultavit terræ superficiem: abdidit *Diluvium.* arva. Universa & confusa erant, & commista. Immersi aquis erant arborum trunci: pisces ad montes usque sublimes accedebant: leo mergebatur aquis: thynnus erat in terra. Omne animal in aqua tum ferebatur, sive aera permearet, sive terram: sive volaret, sive incederet. Omnia obruebantur ab impetuosis pluviis, & in aquis animas exspirabant, misereque mortem obibant. Ut simpliciter & breviter dicam, tamquam sub tenebris rursum terræ facies abdita conspici desiit: rursum chaos illud invalescebat antiquius luce: rursum aquis altrix animalium terra mersabatur. Bestiæ ferebantur mortuæ, marique obrutæ. Hominum genus illud priscum, ortum ex luto, immensam aquam quum hausisset, ac mersum esset: tamquam navis aquas penetrans, ut navigans mari scapha, ut levis quidam pulvis super aquarum terga natabat, & multis pluviarum reciprocis fluctibus agitabatur. Noa vero solus tectum illud salutiferum ingressus, instar securi nautæ in eo navigabat *Edit. Paris. pag. 10.*: semen humani generis exiguo in ligno conservans, neque remos adhibens ullos, nec ulla vela. Cum ipso filii filiæque navigabant. Et filiis erant hæc nomina, Semus, Chamus, Japhetus. Postea quam vero cessit ac remisit pristinus ille pluviarum impetus, rursumque conspecti sunt prius ab aquis operti campi: exsiliit de arca cum liberis suis Noa, & omne animal eadem contectum una cum ipso exiit. Jamque mundus hic alter erat, alter generis princeps: rursum omnis incrementum anima sumebat.

A prima quidem formatione Adami, primi hominis, usque ad diluvium, quod accidit sub Noa, elapsi sunt anni bis mille, ducenti, & quadraginta duo. Nepotes autem justi hujus Noæ fuerunt, inter alios eximios nepotes & abnepotes, *Mesremus.* Mesremus secundo genitus filius Chami, Noæ filii: itemque Nebrodus gigas ille, manuum robore præstans. Ac Mesremus quidem habitabilem fecit Ægyptei terram, a quo Ægyptum appellatam esse tradunt. Nam Mesrem hebraice sonat Ægyptum. *Nebrodus.* Nebrodus autem secessit ad regionem aquilonalem, quæ ab Assuro Semi filio appellata est Assuria. Atque hic auctor fuit hominibus rejiciendi creatorem,

A Μεθίστη μὲν ἀπὸ τῆς γῆς ἔνθα τὸ πρῶτον ἔφυ.
Μέτοικος δὲ γενόμενος ἀλλοδαποῖς ἐν ὅροις,
Τὴν ὑμνουμένην κιβωτὸν ὠφείλη τεκτονῆσαι,
Καὶ ζῶον ἅπαν ἐν αὐτῇ χερσόϋγρον ἐγκλεῖσαι,
Ὡς σπέρμα χρηματίσαιεν καὶ ζώπυρον τοῦ γένους.
Ἐπείθετο Νῶε τῷ Θεῷ, τὸ κελευσθὲν ἐποίει.
Ξυλοστεργὴς εἰργάζετο τῆς κιβωτοῦ τὸ κῦτος,
Μυρίους ἔνδον ἑλιγμοὺς λαβυρινθώδεις φέρον.
Καὶ Νῶε μὲν ἐνέθετο τῇ κιβωτῷ τὰ ζῶα,
Ποντογενῆ, χερσογενῆ, πτηνά, πεζοφοροῦντα.
Ὁ δὲ Θεὸς τὰ στέγαστρα τῶν οὐρανῶν ἀνοίξας,
Ὅλας ἐκεῖθεν ὑετῶν κατήγαγε θαλάσσας,
Ἐκάλυψε τὰς κορυφὰς τῶν βαθυκρημνῶν λόφων,
B Ἔκρυψε γῆς τὸ πρόσωπον, ἐκάλυψεν ἀρούρας.
Τὸ πᾶν ὁμοῦ συγκέχυτο, κεκοίνωτο τὰ πάντα,
Ἦσαν ὑδατοπόντιστα τῶν δένδρων τὰ στελέχη,
Τοῖς ὑψηλόφοις ὄρεσιν ἐπέλαζον ἰχθύες,
Ὁ λέων ὑδατόκλυστος, ὁ θύννος ἐν τῇ χέρσῳ.
Ἅπαν ὑδατοφόρητον ἦν τηνικαῦτα ζῶον,
Ἀεροδρόμον, χέρσυγρον, καὶ πτερὸν, πεζοδρόμον.
Καὶ πάντα συμποντούμενα τοῖς βαθυρρόθοις ὄμβροις
Ἐν ὕδασιν ἀπέπνεον, οἰκτρῶς ἀπενεκροῦντο,
Καὶ τοῖς ὑγροῖς νᾶσιν ἑαυτῶν ψυχὰς ἐναπεφύσων.
Ἁπλῶς εἰπεῖν, ὡς ἐν βραχεῖ, καθάπερ ὑπὸ σκότους
Πάλιν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς ἀόρατον κατέστη,
Τὸ τοῦ φωτὸς πρωτόγονον πάλιν ἐκράτει χάος.
C Καὶ πάλιν ὑδατόκλυστος ἡ ζωοθρέμμων χέρσος,
Καὶ θῆρες μὲν ἐφέροντο νεκροὶ πελαγωθέντες.
Ἀνθρώπων δὲ πηλογενῶν ἡ πᾶσα γεναρχία,
Ἄπειρον ὕδωρ σπάσασα, καὶ καταποντωθεῖσα,
Ὡς πλοῖον ὑγροκέλευθον, ὡς θαλασσόπλοον σκάφος,
Κόνις ἐπέπλει κουφὴ τὰ τῶν ὑδάτων νῶτα.
Νῶε δὲ μόνος ὑποδὺς τὴν ζωοφόρον στέγην,
Ὡς ναῦς τις ἀθαλάττευτος ἔνδον ἐναυστολεῖτο,
Σπέρμα τοῦ γένους ἐν μικρῷ τῷ ξύλῳ διασώζων,
Οὐ κώπας ἐπαγόμενος, οὐ κάλως, οὐ λαῖφος.
Τῷ Νῶε δὲ συνέπλεον Υἱοί, καὶ θυγατέρες,
Γυνή, γυναῖκες τῶν Υἱῶν, νυμφίοι θυγατέρων.
Ἦσαν δὲ κλήσεις τοῖς Υἱοῖς, Σήμ τε, καὶ Χάμ, Ἰάφεθ.
D Ὡς δ' ὑπελώφησεν ἡ πρὶν καταφορὰ τῶν ὄμβρων,
Καὶ πάλιν ὤφθησαν αἱ πρὶν κλυσθεῖσαι πεδιάδες,
Ἐξέθορε τῆς κιβωτοῦ σὺν τοῖς παισὶν ὁ Νῶε,
Καὶ ζῶον πᾶν παντοσυγγενὲς τῷ Νῶε συνεξῄει.
Καὶ πάλιν κόσμος δεύτερος, πάλιν γενάρχης ἄλλος,
Καὶ πάλιν ἅπασα ψυχὴ πρὸς αὔξησιν ἀπεδίδου.
Ἐκ γοῦν τῆς πρώτης πλάσεως Ἀδὰμ τοῦ πρωτογόνου
Μέχρις αὐτοῦ κατακλυσμοῦ συμβάντος ἐπὶ Νῶε,
Πρὸς δισχιλίοις ἔτεσι δὶς ἑκατὸν παρῆλθον,
Σὺν ἄλλοις τεσσαράκοντα καὶ δύο πληρωσάντοις.
Ἀπέγγονοι δ' ἐγένοντο τοῦ Νῶε τοῦ δικαίου
Σὺν ἄλλοις ὑψηλόφροσιν ἐκγόνοις ἀπεκγόνοις,
Μεσρὲμ ὁ δευτερότοκος τοῦ Χὰμ υἱοῦ τοῦ Νῶε.
E Νεβρὼδ τε γίγας, ὁ πολὺς τῇ τῆς χειρὸς ἰσχύϊ.
Μεσρὲμ οὗτος κατῴκισε τὴν τῆς Αἰγύπτου χώραν,
Ἀφ' οὗπερ καὶ τὴν Αἴγυπτον φασὶν ὀνομασθῆναι.
Τὸ γὰρ Μεσρὲμ Ἑβραϊκῶς Αἴγυπτον ἑρμηνεύει.
Ὁ δὲ Νεβρὼδ κατῴκησεν εἰς χώραν προσαρκτίαν,
Τὴν ἐξ Ἀσοὺρ τοῦ Σὴμ παιδὸς κληθεῖσαν Ἀσσυρίαν.
Ὃς τοὺς ἀνθρώπους ἔπεισε τὸν κτίστην ἀθετῆσαι,
Καὶ πρῶτος παρῳνόμησεν εἰς τὸν πεποιηκότα,

Καὶ

Καὶ πρῶτος ἐφρυάξατο κατὰ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.
Καὶ τὴν τιμὴν τὴν τοῦ Θεοῦ προσήκουσαν, ὡς θέμις,
Εἰς ἑαυτὸν ἠθέλησε μετενεγκεῖν ἀφρόνως.
Καὶ σύμβουλος ἐγένετο πρὸς τὴν πυργοποιΐαν.
Ὡς ἂν ἀμύναι τὸν Θεὸν, εἰ πάλιν βουληθείη
Κατακλυσμὸν ἐπενεγκεῖν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων.
Οἱ γοῦν πεισθέντες ταῖς αὐτοῦ ματαίαις συμβουλίαις,
Οἰκοδομεῖν μὲν ἤρξαντο τὸ πύργον τῆς Χαλάνης
Ὑπερνεφῆ, μετέωρον, ὑπέρμεγαν εἰς ὕψος,
Αὐτῇ σχεδὸν ἐγγίζοντα τῇ σεληναίᾳ σφαίρᾳ.
Τὸ δ' ἔργον οὐκ ἐτέλεσαν τῆς ματαιοπονίας.
Ὁ γὰρ Θεὸς συνέχεε τὰς γλώσσας τῶν κτιζόντων,
Κἀντεῦθεν διεσπάρησαν ἄλλος εἰς ἄλλον τόπον.
Ἐβὲρ δὲ μόνος τῆς πληγῆς ἐλεύθερος ὑπῆρξε,
Οὐ γὰρ συγκατετίθετο τοῖς ματαιοπραγοῦσιν.
Ὁ μὲν οὖν τόπος ἔλαχεν ἐκ τοῦ συμβεβηκότος
Ὀνομασθῆναι Βαβυλὼν, ἤτοι συγκεχυμένη·
Τὸ γὰρ Βαβὲλ τὴν σύγχυσιν Ἑβραϊστὶ σημαίνει.
Ἐκεῖ γὰρ συνεχέθησαν πυργοκτιστῶν αἱ γλῶσσαι.
Εἰς πληθυσμὸν δὲ φθάσαντος τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους,
Καὶ βασιλεὺς μετὰ μικρὸν γέγονεν Αἰγυπτίοις,
Καὶ πρῶτοι βασιλεύεσθαι τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων
Αἰγύπτιοι κατήρξαντο, καὶ τοῦ φορολογεῖσθαι.
Τὸ βασιλεύεσθαι δ' αὐτοὺς ἔσχεν ἀρχὴν, ὡς λόγος,
Ἑπτὰ καὶ μόνον γενεῶν παρελθουσῶν ἀνθρώποις,
Μετὰ τὴν ὑδατόρροιαν, ὑφ' ἧς τὸ πᾶν ἐφθάρη,
Ἐντεῦθεν παρηνόμησε τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων,
Καὶ πρὸς ἀθέσμους ἔβλεψε πράξεις καὶ βδελυξίας,
Σφαγὰς, ἀνδροκτασίας τε, φόνους, ἀκολασίας.
Ταῖς ἁρπαγαῖς ὑπέχαιρον, ἐτέρποντο μοιχείαις,
Καὶ πᾶσαν ἐπιτήδειον ἐπίνοιαν κακίας.
Ἐλῄστευον, διήρπαζον, ἔκλεπτον, ἐμοιχῶντο.
Καὶ τελευταῖον ἔβλεψαν πρὸς εἰδωλολατρείαν.
Σερούχ δὲ πρῶτος ἤρξατο χρῆσθαι γλυπτοῖς, καὶ στήλαις,
Ὄγδοος ὢν ἀπόγονος τοῦ Νῶε τοῦ δικαίου.
Οὗτος οὖν πρῶτος ὁ Σερούχ τιμῶν τοὺς παλαιτέρους,
Ὡς ἀγαθῶν ἐφευρετὰς, ὡς ἰσχυροὺς ἐν μάχαις,
Ὡς τῆς σοφίας ἀρχηγοὺς, ὡς ἐμπειροπολέμους,
Εἰκόνας κατεσκεύασεν, ἀγάλματα, καὶ στήλας,
Δῆθεν ὡς εἰς ἀνάμνησιν καλῶν τῶν ἐξ ἐκείνων.
Ὅπερ μὴ νοοῦντες οἱ πολλοὶ τῶν μεταγενεστέρων,
Μὴ καταστοχασάμενοι Σερούχ τῆς διανοίας,
Ὥσπερ Θεοὺς ἐτίμησαν τὰς στήλας τὰς ἀψύχους,
Καὶ προσεκύνησαν γλυπτοῖς ἀνθρώποις χειροκμήτοις.
Ἐντεῦθεν εἰς ἀλλόκοτον θρησκείαν ἐκτραπέντες,
Θρησκεύειν ἐπενόησαν ἄλλοι Θεοὺς ἀλλήλοις.
Αἰγύπτιοι δ' ἐξώκειλαν πάντων τῶν ἄλλων πλέον,
Καὶ τὴν θρησκείαν ἤγαγον ἄχρι καὶ τῶν γελοίων.
Ἐντεῦθεν ἐσεβάσθησαν αἰλούρους, καὶ πιθήκους,
Ἴβεις, καὶ τράγους, βόας τε, κύνας, καὶ κροκοδείλους.
Καὶ τἄλλα προσοχθίσματα τῆς σφῶν φρενοβλαβείας.
Πάντων δ' ὑπερφερέστερον τῶν ἄλλων θρησκευμάτων
Τὸν Ἄπιν ἐσεβάζοντο, βοῦν πλουτοῦντα πολύχρουν.
Ἡνίκα γὰρ ἐγένετο βοῦς παρ' αὐτοῖς τοιοῦτος,
Ἐπὶ τῇ γλώττῃ σήμαντρα φέρων, καὶ πρὸς τῇ κέρκῳ,
Κἀν τῷ μετώπῳ μίμημα σελήνης διχοτόμου,
Ἐχόρευον, ἑόρταζον, ἐπλήρουν πανηγύρεις,
Ὡς ἐνδημήσαντος Θεοῦ τοῦ καινοπρεπεστέρου.
Κἀκεῖνον μὲν ἐφάτνιζον ἀφθόνοις παιδεσίαις.
Αὐτοὶ δὲ διημέρευον ἐν πότοις καὶ χορείαις.

*Constant. Man.*

Ὁ πάσχων ἀνεβόησεν, ἄνθρωπε ταύτας ἔα,
Μή πως αὐτῶν διωχθεισῶν ἄλγος μοι προξενήσῃς.
Αἱ μὲν γὰρ κορεσθεῖσαί μου μελῶν τῶν σεσηπότων
Βραχέως με λυπήσουσιν, ἂν δ' ἐπιπτῶσιν ἄλλαι,
Προσφῦσαι βιαιότερον εἰς πλέον πικρανοῦσι.
Ταῦτ' ἔλεγε Τιβέριος περὶ τῶν φορολόγων,
Χρονίζειν λέγων δεῖν αὐτούς, ὡς κόρον ἐσχηκότας
Πρᾳότερον προσφέρεσθαι τοῖς φορολογουμένοις.
Εἰ δέ τινα κατέμαθε τῶν εἰσπραττόντων φόρους
Εἰς πλεῖον ἐκφερόμενον τοῦ διατεταγμένου,
Καὶ χρηματίζοντα βαρέως καὶ πέρα τοῦ μετρίου,
B Κολάσεσιν ὑπέβαλεν αὐτὸν ἀλγεινοτέραις,
Ἀναβοῶν καὶ κεκραγὼς ἐκείνην παροιμίαν.
Τὸν πόκον περικείρεσθαι βούλομαι τῶν προβάτων,
Ἀλλ' οὐ ξυρᾶσθαι δυσμενῶν μέχρις ἐπιδερμίδος.
Τοιοῦτος ἦν ἐν ταῖς ἀρχαῖς, ἀλλ' οὐχὶ μέχρι τέλους.
Καὶ γὰρ ἐκόλαζε πικρῶς πολλοὺς τῶν ἀναιτίων,
Ἀσυμπαθῶς μιαιφονῶν, καὶ τοσοῦτον ἐμισήθη,
Ὡς ὀνομάζεσθαι πηλὸς αἵματι πεφυρμένος.
Ἄνδρα καὶ γὰρ ὑπατικὸν καὶ τῶν εὐγενεστέρων
Τὴν κεφαλὴν ἀφείλατο καὶ σὺν αὐτῇ τὸν πλοῦτον,
Τοῦτο καὶ μόνον ἐγκαλῶν, ὅτι τὸ νομισμάτιον
Φέρων ἐπὶ κολπίδιον καὶ ῥυπαροὺς εἰς τόπους,
Καὶ σκυβαλώδεις παρελθὼν βάρος γαστρὸς ἐκένου.
C Τοῦ Τιβερίου τότε δὲ κατάρχοντος Ῥωμαίων
Τὸν Ἰησοῦν μου τὸν γλυκὺν τὸν τῆς ζωῆς ταμίαν
Ἐπὶ σταυροῦ καθήλωσαν Ἑβραῖοι καὶ Πιλάτος.
Μετὰ δὲ τὴν καθαίρεσιν τοῦ στυγητοῦ θανάτου,
Καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ μνήματος ἐξέγερσιν τοῦ κτίστου,
Καὶ μετὰ τὴν ἐνσώματον ἔπαρσιν ἐκ τῶν κάτω,
Μέχρι καὶ Ῥώμης ἔδραμε Μαγδαληνὴ Μαρία
Τῇ γλώσσῃ καταλέγουσα τῶν παρανομησάντων,
Καὶ Τιβέριον τὸν θυμὸν τοσοῦτον ὑπανῆψεν,
Ὡς βαρυτάτῳ καὶ πικρῷ πάντας κολάσαι πότμῳ
Τοὺς ἱερεῖς καὶ γραμματεῖς ἀλλὰ καὶ τὸν Πιλάτον.
Ὡς δέ ποτε Τιβέριος ἐρράγη τῷ θανάτῳ,
D Ἐνιαυτοῖς πρὸς τοῖς τρισὶν εἴκοσι βασιλεύσας,
Εἰς Γάϊον μετέπεσε τὸ τῶν Ῥωμαίων κράτος.
Θυγατριδοῦν ὑπάρχοντα Καίσαρος Τιβερίου.
Ὃς ὢν καὶ ῥυπαρόβιος καὶ φονικὸς τὸν τρόπον,
Παρθένους διεκόρησε γνησίας αὐταδέλφας.
Ἔπαιζε δὲ σὺν κυβευταῖς ἄχρι τοῦ περιόρθρου.
Σὺν τοῖς συμπόταις δέ ποτε κυβεύων ἐν Γαλλίαις,
Καὶ δυσκληρῶν καὶ δυσπραγῶν ἐν τῷ παιγνίῳ τούτῳ,
Καὶ τὸν θησαυροφύλακα βλέψας βαρυθυμοῦντα,
Ὅτι τὸ πᾶν ἐκένωτο τοῦ θησαυροῦ χρυσίον,
Ἐξαναστὰς ἐκέλευσεν ἐνθεῖναι τῷ ξίφει
E Πολλοὺς χρυσίῳ βρίθοντας ὠγκωμένους πλούτῳ.
Ἐντεῦθεν οὖν μετήντλησεν ὅλας χρυσίου λίμνας,
Ἰθύνας τὸ βασίλειον τέσσαρσι χρόνοις κράτος,
Οὗτος ἰδών ποτε πηλὸν ἐν στενωπῷ τῆς Ῥώμης,
Κόλποις Οὐεσπασιανοῦ τοῦ στρατηγήσαντος
Βληθήσεσθαι προσέταξεν· ἦν γὰρ ἀγορανόμος.
Ὡς δ' ἀπεσφάγη Γάϊος ἐν μέσοις ἀνακτόροις,
Ὁ Κλαύδιος ἠγήσατο παραλαβὼν τὸ κράτος.
Ὃς οὕτω δειλοκάρδιος καὶ τρομερὸς ὑπῆρχεν,
Ὡς τοὺς φοιτῶντας παρ' αὐτὸν ἀκριβῶς προσερευνᾶν,
Μήπως τις ἐγκολπίδιον τύχοι τις κρύπτων ξίφος.

Εἰ δέ ποτε συμπόσιον γυθάσιμον συνίστη,
Περιεστήκεισαν αὐτὸν ὁπλῖται δορυφόροι.
Κρατήσας δὲ τρεῖς καὶ δέκα τῆς βασιλείας ἔτη
Κλαύδιος ὁ δειλότατος φαρμάκοις ἀναιρεῖται.
Κλαυδίου φαρμαχθέντος δὲ Νέρων ὁ μητροκτόνος
Παρεισεφθάρη κάκιστα τοῖς τῶν Ῥωμαίων σκήπτροις.
Ἦν δ' ἀσελγής, καὶ βδελυρός, καὶ πλήρης ἀσωτείας
Ἥττων γαστρός, καὶ τῶν γαστρός, φίλοινος, φιλοπότης.
Οὗτος πολλοὺς ὑπήγαγε θανάτοις πικροτάτοις,
Καὶ τὴν μητέρα σὺν αὐτοῖς. εἴποι τις ἂν δικαίως,
Ὅτι κακὸν εἰσήνεγκε τοιοῦτον τοῖς ἐν βίῳ.
Ἐπικατέθυσε δ' αὐτῇ καὶ τὴν ὁμοζυγοῦσαν.
Κακοῖς δ' ἐπαύξων τὰ κακά, καὶ προστιθεὶς κακίαν,
Εὐνούχῳ προσηρμόσατο πρὸς λέχους κοινωνίαν
Ἔχαιρε δὲ κιθαρῳδοῖς καὶ γυναιξὶ παιγνίαις.
Καὶ πᾶν κακόν, καὶ πᾶν αἰσχρὸν ἀρρητουργῶν ἐπλήρου.
Σὺν ὀρχησταῖς, γελοιασταῖς, μίμοις, ἁρματοστρόφοις.
Τότε καὶ Πάρθοι τὴν ἀρχὴν τῆς Περσικῆς ἰσχύος
Εἰς ἑαυτοὺς περιέσπασαν Πέρσας δεδουλωκότες.
Ὡς δὲ πολλοὺς ὁ μυσαρὸς Νέρων ἐδίδου ξίφει,
Ὡς ἀκροχάλυξ, ὡς ὑγρός, ὡς χοῖρος ἀκροπότης,
Ὑπὸ παντὸς μεμίσητο τὸ πλῆθος μῖσος ἄκρον,
Καὶ πάντες ἀπεστρέφοντο καὶ τὴν ἐκείνου θέαν.
Αἰσχρὸν γὰρ σύμπαν ἔπραττεν ἐν μέσοις τοῖς θεάτροις.
Μὴ τοίνυν ἀνεχόμενοι Ῥωμαῖοι ταῦτα βλέπειν,
Μηδὲ δουλεύειν φέροντες ἡνιοστροφουμένῳ,
Εἰσῆλθον ἀναιρήσοντες. τοῦτο δὲ γνοὺς ὁ Νέρων
Αὐτὸν διεχειρίσατο τοῦτ' εἰπὼν ἐν τέλει.
Οἷον, ὦ Ζεῦ, κιθαρῳδὸν ὁ βίος ζημιοῦται,
Ἔτη κρατήσας τέσσαρα πρὸς πλαρεστάτοις δέκα.
Γάλβας ἀντῆρξε μὲν αὐτόν, καὶ μετ' ἐκεῖνον Ὄθων.
Ὁ μὲν ἑπτὰ γευσάμενος μηνῶν τοῦ κράτους μόνον,
Ὁ δ' οὐδὲ πλεῖον τῶν μηνῶν τριῶν σκηπτροκρατήσας.
Καὶ μετ' αὐτὸν Βιτέλλιος, ὃς τοὺς ἀστρολέσχας
Κηρύγμασι προστέθεικε φεύγειν ἐξ Ἰταλίας.
Οἱ δ' ἀντιπροτεθείκασι, φεῦγε τοῦ βίου Καῖσαρ.
Καὶ τὴν ἡμέραν γράψαντες καθ' ἣν ἀποκτανθείη.
Μῆνας ὀκτὼ κρατήσας γὰρ ἔργον μαχαίρας ὤφθη.
Τούτων λιπόντων τὴν ἀρχὴν καὶ σὺν αὐτῇ τὸν βίον,
Στρατὸς τῷ Οὐεσπασιανῷ ψηφίζεται τὸ κράτος.
Τὸ κάλλος περικείροντι τῆς Ἰουδαίας τότε.
Κἀκεῖνος μὲν ἀπῴχετο ναυστοληθεὶς πρὸς Ῥώμην.
Τὸν δὲ γενναιοκάρδιον υἱὸν αὐτοῦ τὸν Τίτον
Ἱερουσαλὴμ πολιορκεῖν ἀφῆκε σὺν δυνάμει,
Ἀναγορεύσας Καίσαρα διάδοχον τοῦ κράτους.
Ὃς μετὰ μόχθους ἱκανούς, καὶ τὰς ἀνδροκτασίας,
Καὶ τὰς θαλάσσας τῶν συχνῶν αἱμάτων, καὶ τοὺς φόνους,
Ὑφ' ὧν κατηρυθριάσθησαν Σιὼν αἱ πεδιάδες,
Καὶ δόρατα γεγόνασι λυθρόφυρτοι, καὶ ξίφη,
Ἀσπίδες αἱμοφόρυκτοι, φονοσταγεῖς παλάμαι.
Τέλος ὑπογενομένης πόλεως τῆς ὀλβίας,
Τὰς ὀχυρὰς οἰκοδομὰς καὶ πύργους τοὺς εὐπύργους
Πυριφλεγεῖς πεποίηκε, καὶ τὸν ναὸν καθεῖλε.
Πολλὰ πολλάκις ἐπ' αὐτῷ στενάξας καὶ δακρύσας.
Καὶ πόλιν τὴν περικαλλῆ τὴν πολυανδρουμένην
Ἠσβολωμένην τέθεικε καπνῷ μεμορυγμένην.
Ὡς περιστῆναι τὴν πολλὴν ἐκείνην εὐανδρίαν
Εἰς ἄπορον καὶ σκυθρωπήν, ὃ φασιν ἐρημίαν.
Παρέτου γενομένου δὲ τοῦ κράτορος ἐκ γήρως,
Καὶ νόσῳ καταλύσαντος τὸν βίον καὶ τὸ κράτος,

*Const. Man.*

A tredecim exegisset in Imperio, vir timidissimus veneno sublatus est. Atque ita Claudio per veneficium interempto, Nero parricida nequissime Romanum Imperium in se transtulit. Erat ille lascivus, impurus, luxuriæ plenus, gulæ ventrique deditus, vinosus. Multos acerbissimis suppliciis affecit, inter quos & mater ipsius fuit: quam fortasse quis non immerito cæsam dixerit, quod tam improbum mortalibus principem enixa fuerit. Parricidio autem conjugis quoque mactationem adjecit. Quumque mala malis, & quidem fœdioribus cumularet, cubicularium quemdam suum conjugio sibi copulavit. Delectabatur & citharœdis, iisque

*Nero Imp.*

*Edit. Paris. pag. 42.*

B mulierculis, quæ risum concitant, & cum saltatoribus, ludionibus, mimis, cantoribus, omne facinus improbum perpetrabat, nec ab ulla turpitudine abstinebat. Id temporis etiam Parthi Persicum regnum ad se traduxerunt, Persis in servitutem redactis. Quum autem impurus hic Nero multos gladio sustulisset, homo nimirum porco similis & merum intemperanter ingurgitans: acerrimum omnium ordinum odium contra se concitavit, adeo quidem, ut ejus conspectum quoque nemo non aversaretur. Nam fœdissima quæque media in aula designabat. Quapropter Ro-

*Parthi regnum Persicum occupant.*

C mani, qui hæc amplius intueri non possent, nec aurigæ ac mimo servire vellent, invadunt hominem, tamquam interfecturi: quo ille cognito, manus ipsemet sibi attulit, his ad extremum verbis pronuntiatis: Qualem o Jupiter citharœdum mortales amittunt. Post Neronem Galba Imperio potitus est, post Galbam Otho, post utrumque Vitellius: qui edictis propositis, astrologos Italia jussit excedere. Illi vero scriptis vicissim propositis, responderunt: Tu vita, Cæsar, excedito. Simul ipsum diem indicarunt, quo interficiendus esset. Itaque mensibus octo rerum poti-

*Galba, Otho, Vitel. Impp.*

D tus, gladio cæsus periit. Posteaquam hi & imperandi & vivendi finem fecissent, exercitus Vespasianum Imperatorem renunciarunt, qui tum temporis Judæam exscindebat. Itaque Romam ille cum classe profectus est, magnanimo filio suo Tito cum copiis ad expugnandam Hierosolymam relicto, quam Cæsarem ac Imperii successorem illum designasset. Ab eo post magnos labores, cædes, quasique maris in morem effusos cruores, quibus campi Sionis rubefacti sunt, hastarum gladiorumque vibrationibus respersi, tan-

*Vespasianus & Titus Impp.*

*Hierosolymæ excidium.*

E dem urbs opulenta beataque in potestatem redacta est, munita ædificia, cum turribus egregiis igne concremata, templum ipsum deletum: cujus nomine sæpenumero Titus ingemiscebat & illacrymabat. Hoc modo urbem pulcherrimam & populosissimam in fumum atque cineres redegit, ita ut habitatoribus antea frequens, deinceps in miseram tristemque solitudinem commutaretur. Quum autem Vespasianus Imperator senio morboque confectus e rebus humanis excessisset, annis in

*Titus solus Imp.*

*Edit. Paris. pag. 43.*

Imperio non amplius novem exactis, succesit ei Titus filius, vir planne divinus, mitis, liberalissimus, opum dissipator, Imperio dignus; immo dignus, qui plura etiam Imperia (siquidem extitissent) administraret, ac tutaretur. Ejus est vox illa celebris & admiranda; Imperator hodie non fui, quia neminem beneficio adfeci. Ejusdem & altera vox valde laudata, viroque generoso digna, quum diceret; Eum qui faciem Imperatoris intueatur, tristi vultu ab eo discedere non debere. Sedenim morbus lethalis ante nominem elegantissimum abripuit, quum bienoium imperasset; ac instabilis rotæ cursus cum alea fortanæ Domitiano Imperium male detulit. Erat is quidem natus iisdem parentibus, quibus & Titus; sed nihil cum Tito commune ac germanum habebat. Quo factem, ut verbum illud vulgo tritum in his verum esset: Matula, & poculum ex eodem vitro. Quippe Domitianus avarus erat, & quasi caupoquidam pecualarum, sanguinis & cædium avidus, hominum coquus, citra commiserationem carnibus humanis dilaniandis deditus, leonis in morem rugiens. Prædixit ei quidam vir doctus, & cursus siderum peritus, quando & quo pacto periturus esset, & quis ei successurus. Illa vero arcessito ad se astrologo: At tibi, ait, quantum restare temporis ad vivendum existimas, homo? quove pacto, & quando morieris? quem habebis exitum vitæ? De quibus ille quum recte ac vere disseruisset, ut ea astrorum motu edoctus erat, Imperator hominem convincere volens, tamquam impostorem, rogum ex materie pingui structum accendi jubet, astrologumque firmiter colligatum constrictis brachiis in illum abjici. Posteaquam rogo subjectes fuisset ignis, jamque sursum is se tollaret, terribile quiddam homini flamma minabatur ex longo etiam intervallo: formidabiliter ignis crepitabat: & aera collustrabat undique: quum interim astrologus ita colligatus, ut diximus, in magna consternationa jaceret. Quid quæso deinceps accidit? nubes alicunde quædam orta cælum obduxit, & aera totum obscuravit. erat enim illa caliginosa, olgra, humida, imbremque secum ferebat: existimasset aliquis, eam quasi quædam aquarum flumina parturire. Sequuta sunt tonitrua, & mugitus quidam auditus est. Tum vero universi semet in fugam conjicere, Imperator, spectatores, vulgus hominum, satellites, ii qui caminum materia suggesta inflammabant, ipsi denique carnifices. Ad extremum imber maximus de cælo lapsus ignem extinxit, canesque supervanientes arrosis vinculis astrologum opem divinam adsiduo implorantem liberarunt. ejusmodi quiddam huic viro contigit. Ipsa vero bellua, leonina ferocia prædita, quum vivendi finem factura esset; per quietem videre visa est, se ornata imperatorio vestitam ascendere nigrum in equum, armis undique munitam, quæ quum casu quodam amisisset, in hiatu terræ præcipitari se misere putabat una cum equo & amicta, tandemque prorsus evanescere. Posteaquam Domitianus morte violenta decessisset, exactis in Imperio a v. annis: Nerva

Domitian. Imp.

Qui supplicium astrologus evaserit.

*pag. 44.*

Domitiani somnium ante mortem.

Nerva Imp.

A Ἐπεὶ βασιλεύσαντος οὐ πλείω τῶν ἐννέα,
Τίτος παρῆλθεν εἰς αὐτὸ, θεῖος ἀνὴρ, καὶ πρᾶος,
Καὶ τῆς ἀρχῆς κατάξιος καὶ τῆς ἡγεμονίας,
Κἂν, εἴπερ ἄλλαι πλείονες ἀρχαὶ καὶ βασιλεῖαι,
Καὶ ταύτας ὢν ἐπάξιος διέπειν καὶ συνέχειν.
Τούτου τὸ περιλάλητον καὶ θαυμαστὸν ἐκεῖνο.
Οὐκ ἐγενόμην βασιλεὺς σήμερον οὐδὲ κράτωρ,
Οὐδένα γὰρ κατέκλυσα ῥείθροις εὐεργεσίας.
Τούτου τὸ πολυύμνητον ἐκεῖνο καὶ γενναῖον.
Οὐ χρή τινα θεασάμενον πρόσωπον βασιλέως
Παλινοστεῖν περίλυπον ἐν σκυθρωποῖς προσώποις.
Ἀλλ᾽ ἔφθη προαρπάσασα νόσος ἡ παλαμναία
B Πρὸ χρόνου τὸν πανδέξιον κρατήσαντ᾽ ἔτη δύο.
Τροχοῦ δ᾽ ἡ ἄστατος φορὰ καὶ πέτασος τῆς τύχης
Κακῶς τῷ Δομετιανῷ τὸ κράτος ἐγχειρίζει.
Φύντος μὲν ἐκ τῶν αὐτῶν σπερμάτων ἐξ ὧν Τίτος,
Οὐδὲν δ᾽ ἔχοντος τι κοινὸν οὐδ᾽ ἀδελφὸν πρὸς Τίτον.
Ὡς εἶναι τὸ θρυλλούμενον παναληθὲς ἐκεῖνο,
Ἀμὶς καὶ ποτήριον ἐκ τῆς αὐτῆς ὑέλου.
Ποδονιπτὴρ καὶ κύπελλον ἐκ τῶν αὐτῶν χρωμάτων.
Ἦν γὰρ ἐρασιχρήματος, κάπηλος τῶν πραγμάτων,
Διψῶν αἱμάτων καὶ σφαγῶν, μάγειρος τῶν ἀνθρώπων.
Κρεανομῶν ἀσυμπαθῶς, βρυχώμενος ὡς λέων.
C Τούτῳ προεῖπέ τις σοφὸς ἀνὴρ ἀστρολέσχης,
Πότε καὶ πῶς τεθνήξεται, τίς μετ᾽ αὐτὸν κρατήσει.
Ὁ δὲ παραστησάμενος ἐγγὺς τὸν ἀστρολόγον.
Σοὶ δ᾽ ἔφη πόσος ἄνθρωπε ζωῆς ἐστιν ὁ χρόνος;
Καὶ πῶς ποτέ σε πλάστης, καὶ ποῖον σου τὸ τέλος;
Ἐκείνου δὲ λαλήσαντος τρανῶς καὶ φιλαλήθως,
Ὅπερ αὐτὸν ἐδίδασκεν ὁ χρόνος τῶν ἀστέρων,
Ὁ βασιλεὺς φενακιστὴν θέλων αὐτὸν ἐλέγξαι.
Πυρὰν κελεύει λιπαρὰν ἐξ ὕλης ἀναφθῆναι,
Καὶ πεδηθέντα κραταιῶς τὸν μετεωρολέσχην
Ἀκοντισθῆναι κατ᾽ αὐτῆς περιηγκωνισμένον.
Ἀνῆπτο μὲν ἡ κάμινος, ἤρετο μεταρσία
Ἡ φλὸξ, ἐπνέει φοβερὸν, ἐφόβει καὶ μακρόθεν,
D Φρικῶδες ἔβρεμε τὸ πῦρ, αἴρα περιήχει.
Ὁ δ᾽ ἀστρολόγος πεδηθεὶς ἔκειτο καταπτήξας.
Τί μετὰ ταῦτα τὸ συμβάν; ἐπήρθη ποθὲν νέφος,
Τὸν οὐρανὸν ἠμαύρωσεν, ἠχλύωσεν αἴρα.
Ζοφῶδες ἦν, μελάντερον, κάθυγρον, ὀμβροφόρον.
Εἴκασεν ἄν τις ποταμὸν ἐγκυμονεῖν ὑδάτων.
Ἐντεῦθεν ῥήγνυνται βρονταὶ, καὶ μυκηθμὸς ἠχεῖται,
Καὶ πάντες ὦσαν ἐκ ποδῶν, ἔφευγον ἀνὰ κράτος,
Ὁ βασιλεὺς, οἱ θεαταὶ, δημόται, δορυφόροι,
Τὴν κάμινον οἱ τρέφοντες οἱ δήμιοι. καὶ τέλος,
Ὄμβροις πολλοῖς καταῤῥαγεῖς τὸ πῦρ ἀποσβεννύει,
Καὶ αὐτὸς ἐπελάσαντες καὶ τοὺς δεσμοὺς φαγόντες
Τὸν ἀστρολέσχην λύουσι πολλὰ θεοκλυτοῦντα,
E Καὶ ταῦτα μὲν τετέλεστο περὶ τὸν ἄνδρα τοῦτον.
Αὐτὸς δὲ μέλλων πλευτᾶν ὁ θὴρ ὁ θυμολέων
Ἐν ὕπνοις βλέπειν ἔδοξεν ὡς ἵππου μελαντέρου
Βασιλικῶς ἐπέβαινε κατάφρακτος τοῖς ὅπλοις,
Ἀποῤῥυέντων δ᾽ ἀπ᾽ αὐτοῦ τῶν ὅπλων αὐτομάτως,
Εἰς χάσμα γῆς καὶ βόθυνον ἀθλίως κατενεχθῆν
Αὐτῇ σὺν ἵππῳ καὶ στολῇ, καὶ τέλος ἀφανισθῆν,
Ἐν ἔτεσι κρατήσαντα πέντε σὺν ἄλλοις δέκα.
Καὶ πέπονθε ταῦτα τὴν ψυχὴν ἐκπράξαντος βιαίως,
Νερούας τὰ βασίλεια σκῆπτρα παραλαμβάνει,
Χρηστὸς ἀνὴρ, ἐπιεικὴς, ἤπιος, πολλῶν χαρίτων.

Ὃς μισαχθεὶς τὴν ἐκτομὴν τῶν ἀνδρικῶν κυλίνδρων
Οὐ συνεχώρει γίνεσθαι Ῥωμαίοις ἐκτομίας,
Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκτέμνοντας ἀπήλαυνε κολάζων.
Καὶ τοῖς ἐν τέλει συνεχῶς ἐδίδου γυμνὰ ξίφη.
Τὸ μὲν δοκεῖν, ὡς βλέψειεν εὐτμητικὰ τὰ ξίφη,
Τὸ δ' ἀληθὲς, μὴ δεδοικὼς ἂν παραυτίκα θάνῃ.
Οὐδὲν γὰρ ἔλεγε κακὸν αὐτῷ συνεγνωκέναι.
Ἀλλὰ καὶ τοῦτον θάνατος ταχέως ἀφαρπάσας
Κρατήσαντα πρὸς τέσσαρσι μησὶ καὶ χρόνον ἕνα,
Τραϊανὸν καθίστησιν ἐν αὐτοκρατορίᾳ,
Ἄνδρα στρατηγικώτατον μυριοτροπαιοφόρον,
Καρτερικὸν, εὐκάρδιον, γενναῖον, μονομάχον,
Εἰς κρίσεις ἀρρεπέστατον ζυγὸν δικαιοσύνης.
Οὗτος Κελτῶν συνέκαμψε τοὺς ἀκάμπτους τραχήλους,
Οὗτος ὁρμὰς ἀνέκοψε Πάρθων φιλοπολέμων.
Τότε καὶ γὰρ εἰς πλατυσμὸν ἐληλακότες οὗτοι,
Πάντας κατενεμήσαντο τοὺς τῆς Ἀσίας ὅρους,
Καὶ πάσης γῆς κατέδραμον κτείνοντες, πυρπολοῦντες,
Καὶ τὰς αὐλαίας ἔπηξαν ἕως Εὐφράτου ῥείθρων.
Ταῦτα δὲ γνοὺς Τραϊανὸς ἄρτι τετολμημένα,
Καὶ τῆς ὁρμῆς τῆς Παρθικῆς ἀναμαθὼν καὶ θράσος,
Ἀπ' ἄκρων γῆς εἰς ἄκρα γῆς ἐστρίζει, μεταβαίνει,
Καὶ συμπλακεὶς καὶ τὰς αὐτῶν ῥήξας φαλαγγαρχίας,
Καὶ πεδιάδας τὰς ἐκεῖ δείξας σωματοστρώτους,
Τοῖς ὅροις κατηνάγκασεν ἐμμένειν τοῖς ἰδίοις.
Καὶ Πάρθων τὰ χαυνίσματα συστείλας καὶ στορέσας
Καλλίνικος ἀνέστρεψε τὴν νίκην ἑορτάζων.
Οὗτος συνήλγει πάσχουσι, συνέκαμνε πονοῦσι,
Τοῖς ξένοις ἐπεκάμπτετο, φίλους παρεμυθεῖτο,
Ἀνεξικάκως ἔφερεν ἅπασαν λοιδορίαν,
Δεῖν ἐξισοῦσθαι τῷ Θεῷ λέγων τὸν βασιλέα,
Καὶ στόματος ἀνέχεσθαι λοιδόρου καὶ βλασφήμου.
Παρούσης δὲ καὶ τῆς βουλῆς καὶ τῶν ἐν τέλει πάντων
Ξίφος γυμνώσας δίδωσιν ἐπάρχῳ τῷ τῆς Ῥώμης,
Δέξαι τὸ ξίφος ἔπαρχε, κἂν μὲν ἀδίκως ἄρχω,
Χρῆσαι τὸ ξίφος κατ' ἐμοῦ, μὴ φείσῃ τῆς ζωῆς μου.
Εἰ δὲ νομίμως καὶ καλῶς καὶ μετ' εὐθυδικίας,
Ὑπὲρ ἐμοῦ γενέσθω σοι τὸ ξίφος ἐκδικοῦν με.
Ἀλλ' οὗτος μὲν ἐξέλιπε πολλαῖς ἐμπρέψας νίκαις,
Χρόνους ἐννέα σὺν ἑπτὰ μησὶν ἡγεμονεύσας,
Ἀδριανῷ δὲ τῷ γαμβρῷ κατέλιπε τὸ κράτος.
Οὗτος ταῖς βίβλοις ἔχαιρε καὶ λόγοις ἐνετρύφα,
Καὶ πάντας ὡς ἐγίνωσκε θεραπευτὰς τοῦ λόγου
Μεγαλοδώροις δωρεαῖς συχνοῖς ἐδεξιοῦτο.
Ἄνδρας δ' ἐπήγετο σοφοὺς αὐτῷ συνεπομένους
Ἐν στρατοπέδοις, ἐν σχολαῖς, ἐν πάσαις ἐκδημίαις,
Καὶ πᾶσαν γῆν ἐπίαινεν ἀφθόνοις χορηγίαις.
Πᾶσιν οὖν ἦν ἐπέραστος καὶ βουλευταῖς καὶ δήμῳ,
Οὗτος τοὺς κακογνώμονας Ἑβραίους ἀποστάντας,
Καὶ ζυγὸν ἐκλακτίσαντας Ῥωμαϊκῆς ἰσχύος,
Ἐπιστρατεύσας κατ' αὐτῶν ἀπώλεσεν εἰς τέλος,
Λιμῷ καὶ ξίφει καὶ πυρὶ πάντας ἐκτρίψας ἄρδην.
Καὶ πάλιν Ἱερουσαλὴμ ἐκ βάθρων μεταστρέψας
Αἰλίαν μετωνόμασεν ὡς δυστυχῆ καὶ ταύτην.
Ἀλλὰ μεταπηδάτω μοι πρὸς ἄλλους τὰ τοῦ λόγου.
Ὕδρῳ καταλύσαντος Ἀδριανοῦ τὸν βίον,
Εἴκοσι πρὸς τοῖς τέσσαρσι χρόνοις βασιλεύσαντος,
Εἰς Ἀντωνῖνον μετ' αὐτὸν τὰ σκῆπτρα μεταβαίνει.
Τὰ σκῆπτρα διϊθύνας τε ἐν ἔτεσι δὶς δέκα
Πρὸς ἄλλοις δύο τῆς ζωῆς θανὼν ἀποστερεῖται.

A sceptris potitus est, vir bonus, mitis, multarum gratiarum quasi quidam hortus. is quum vehementer odisset castrationes hominum, Romanis testes exscindi vetuit, & exscindentes mulctatos in exilium egit. Sæpenumero magistratibus enses nudos porrigebat, in speciem quidem, ut explorarent eorum acumen: sed revera, ut demonstraret, nequaquam se formidare, ne subito interficeretur: quum quidem diceret, nullius se sibi facinoris esse conscium. Ubi mors hunc quoque celeriter abripuisset, post annum Imperii primum, & menses quatuor: Trajanus eidem successit, vir rei militaris peritissimus, sexcentis potitus victoriis, fortis, magnanimus, B generosus, duellis ausus cum hoste congredi, incorrupta in judiciis statera justitiæ. Hic cervices Celtarum, quæ antea flecti non poterant, flexit: hic bellicosorum Parthorum impetus repressit, qui hoc tempore longe lateque diffusi, universos Asiæ fines populabantur, excurrebant undique, cædes perpetrebant, flammis absumebant omnia, castris ad ipsum Euphratem promotis. Ea quum ab ipsis designata Trajanus accepisset, quæque foret impetus Parthici audacia cognovisset: ab extremis terræ finibus ad extremitates eis oppositas celeriter sese contulit, manum cum hoste conseruit, phalanges adversas perrupit, planicies eorum lo- C corum cadaveribus constravit, Parthos intra limites suos manere coegit, eisque non parum arctatis, ad triumphum parta insigni victoria domum reversus est. Sic e natura comparatus erat, ut afflictis condoleret, ægrotantium miseriis adficeretur, in extraneos benignus esset, amicos solaretur, toleranter quævis convicia ferret, quum quidem diceret, Imperatorem Deo similem esse debere, atque oris maledici petulantiam commode perpeti. Gladium evaginatum in Senatus & magistratuum præsentia Romanæ urbis præfecto cum verbis hujusmodi tradidit: Accipe gladium hunc, & si quidem injuste me in Imperio gessero, contra me ipsum illo utere, nec vitæ meæ parcito: sin legitime, D recte, justeque imperavero, pro defensione mei traditum tibi putato. Mortuus est Trajanus multis ornatus victoriis, quum Imperio per annos novem & septem menses præfuisset, Adriano genero successore designato. Delectabatur ille libris, ac voluptatem ex doctrinarum studiis percipiebat, & quoscumque litteratos esse cognovisset, magnificis muneribus sæpenumero donabat. Habebat etiam in comitatu suo viros doctos secum, tam in castris, quam in otio & itineribus. Eodem modo erga quosvis alios munificentiam exercebat. Quapropter universo Senatui & plebi carus erat. Vesanos Hebræos, qui defecerant, & Imperii Romani jugum E excusserant, cum copiis adversus eos profectus, ad internecionem cecidit, & cunctis fame, gladio, igne funditus deletis, urbem Hierosolymam de fundamentis eversam, deinceps Æliam nuncupavit. Sed enim ad alios oratio transeat. Posteaquam Adrianus ex aqua intercute fuisset extinctus, anno Imperii quarto & vigesimo: Antonino illud delatum est, cognomento Pio, propter mo-

Innocentia Nervæ.

Trajanus Imp.

Virtutes Trajani.

*Edit. Paris pag. 43.*

Ælius Adrianus Imp.

Excidium Judaicum.

Antoninus Pius Imper.

rum probitatem, & indolis mansuetudinem. Is quum annis XXII. Imperium administrasset, naturæ debitum persolvit. M. Antoninus Imp. Successit Marcus Antoninus; qui educatus erat in omni liberali doctrina & sapientia, virtutum laudibus, & quidem omnigenarum, ornatus. Quam ob caussam quosvis sapientes ac doctos viros honorifice tractabat, magnificisque muneribus afficiebat. Prodiderunt de hoc memoriæ scriptores historiarum prisci, variis bellis undique ingruentibus omnemque ditionem Romanam vastantibus, eum pecuniæ laborantem inopia, quum nullo pacto armare posset exercitum, Imperator supellectilem suam vendit. ornatum Imperatorium in foro vænum exposuisse, nimirum supellectilem ex auro solido textam, amictus purpureis fimbriis redimitos, coronam unionibus ornatam, lectulos gemmis hinc inde distinctos, ipsam denique stolam Imperatoriam splendidissimam: simul per publicum præconem significasse, licere cuivis hæc venum exposita citra metum omnem periculi coemere. Hoc modo factum, ut emerent ea, qui vellent, pecuniamque conflatam fuisse. quam ubi distribuisset in milites, mox Imperatorem copias in hostem movisse, & manu conserta, citra negotium victoria potitum esse, adeoque conjectis in fugam omnibus, Edit. Paris. pag. 46. necatis, spoliatis, integros pecuniarum thesauros consequutum. Has ubi rursus in forum retulisset, indicari per præconem jussisse, ut qui vellet, auro recepto, quidquid prius Imperatoria de supellectile coemisset, si quidem ita placeret, re-Lucius Antonini collega. stitueret. Idem Lucium generum suum, Imperii consortem, adversus bellicosos pugnacesque Parthos misit, quorum id al. Belegese. temporis rex erat * Begeleses. Præstabat autem Lucius tam animi, quam corporis dotibus, vir procerus, facie pulchra, suavis, coma flava, colore roseo. Quumque pugnam cum hostibus conseruisset, qui ob copiarum multitudinem, pharetrasque suas nimium quantum ferociebant: artis nationem arcus gestantem vicit ac debel-Querela de liberis degenerantibus. lavit. Quia vero ad hunc locum orationis & instituti nostri pervenimus, generis humani vicissitudinem admirari subit: qui nimirum fiat, ut filii parentibus suis similes non evadant. Etenim leo semper catulum gignit, qui leonino sit animo præditus: pardalis item, sibi similem animo feram: tigris ipsissimam procreat tigridem: at hominibus liberi parentibus dissimiles nascuntur: quam rem ab electione voluntatis oriri, manifestum est. At enim quo nobis hæc dicta sunt? quemve sunt ad scopum relata? Nimirum Marcus Imperator naturæ se legibus submisit, totumque naturæ restituit, a qua mutuum acceperat, quum Imperio XIX. annis præfuisset. Commodus Imp. Ejus autem in locum filius Commodus successit adolescens nulla in parte patrissans, nec quidquam habens simile Marco patri, a quo procreatus, & institutus fuerat. Quippe mimis semper delectabatur, & gladiatorum spectaculis, & mulierculis, & viris nefaria perpetrantibus ac temulentis. Cædibus etiam sese polluebat, homines potentes, illustres, & opulentos gladio perimens. Quapropter exitum illa dignum vita reperit. Nam haustis venenis inquinatam cædibus animam efflavit, ac vivendi finem ante tempus fecit, quum Imperio XII. annis potitus fuisset. Præfuit Pertinax Imp. autem Romanis post ipsum maxima gravis senecta Pertinax, qui quum necdum

A Ὃς εὐσεβῶς ἀνέμαξε τὴν χρηστοτροπίαν.
Καὶ μετ' αὐτὸν ἐκράτησε ὁ Μάρκος Ἀντωνῖνος.
Οὗτος ἐν πάσῃ τεθραμμένος σοφίᾳ καὶ παιδεύσει,
Καὶ χάρισι τῶν ἀρετῶν κατάκομος ὑπῆρχε,
Καὶ πάσαις κατηγλάϊστο ταῖς ἀρεταῖς ἰδέαις,
Διὸ καὶ προσεφέρετο πᾶσι σοφοῖς ἐντίμως,
Καὶ συνεχέσιν ἥδρευε ταῖς μεγαλοδωρείαις.
Τοῦτον φασὶν οἱ παλαιὰν γράψαντες ἱστορίαν
Ἐπιτρεχόντων πολλαχοῦ μυρίων πολεμίων,
Καὶ πᾶσαν γῆν Ῥωμαΐδα πορθούντων καὶ κρατούντων,
Χρημάτων ἀπορούμενον, σφιγγόμενον ἐνδείᾳ,
Καὶ μηδαμόθεν ἔχοντα στρατὸν ἀνθοπλίσαι,
Τὸν κόσμον τὸν βασίλειον ἐν ἀγορᾷ προθεῖναι,
B Ἔμπεπλον πᾶν χρυσοϋφές, περιπορφύρους κόσμους,
Καὶ στέφη καταμάργαρα, καὶ κλίνας λιθοστρώτους,
Αὐτήν τε πᾶσαν τὴν λαμπρὰν στολὴν τῆς βασιλίδος,
Καὶ πάντα τὸν βουλόμενον κηρύξαι δημοσίᾳ
Ὠνεῖσθαι τὰ προκείμενα μηδὲν δεδοικότα.
Ὠνοῦντο μὲν οἱ θέλοντες καὶ χρήματα συνῆκτο.
Ὁ βασιλεὺς δὲ τῷ στρατῷ σκορπίσας τὸ χρυσίον,
Ἀντεπεξῆλθε τοῖς ἐχθροῖς, καὶ μάχην συγκροτήσας,
Κατὰ πολλὴν εὐχέρειαν τῶν δυσμενῶν ἐκράτει,
Καὶ τρέψας πάντας εἰς φυγήν, καὶ κτείνας, καὶ σκυλεύσας,
Ὅλους ἐκεῖθεν θησαυροὺς ἐκτήσατο χρημάτων.
Καὶ πάλιν χρήματα προθεὶς τῆς ἀγορᾶς ἐν μέσῳ,
C Ἐκήρυσσε τὸν μέλλοντα λαμβάνειν τὸ χρυσίον,
Καὶ τὸ κτηθὲν εἰ βούλοιτο πάλιν ἀποδιδόναι.
Οὗτος καὶ Λούκιον γαμβρὸν τὸν σὺν αὐτῷ κρατοῦντα
Ἐκπέμπει πολεμήσοντα Πάρθοις τοῖς φιλομάχοις,
Τῶν Παρθικῶν ἄρχοντος τότε τοῦ Βολογέσου.
Ἦν δὲ καλὸς ὁ Λούκιος τὸ σῶμα καὶ τὴν γνώμην,
Εὐμήκης, εὐπρεπής, ἡδύς, ξανθόκομος, ῥοδόχρους.
Ὃς καὶ συμμίξας τοῖς ἐχθροῖς ὑπερφρονουμένοις
Ἐπὶ τῷ πλήθει καὶ στρατοῦ καὶ φαρετροφορίαν,
Τέλος κατηγωνίσατο τῶν τοξοφόρων ἔθνος.
Ἀλλὰ γὰρ ὧδε γεγονὼς τοῦ δρόμου καὶ τοῦ λόγου,
Θαυμάζω τὸ παλίντοκον τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους,
D Καὶ πῶς οὐκ ἐξεικάζονται παῖδες τοῖς σφῶν πατράσιν.
Ἀεὶ μὲν λεοντόθυμον σκυμνὸν ὁ λέων τίκτει,
Καὶ πάρδαλις παντόθυμον, καὶ τίγρις αὐτοτίγριν.
Παρὰ δ' ἀνθρώποις ἄνισοι παῖδες πρὸς τοὺς τοκέας.
Καὶ δῆλον ὡς προαίρεσις τούτων ἡ παραιτία.
Πρὸς τί μοι ταῦτα λέλεκται, καὶ τίς σκοπὸς τοῦ λόγου;
Ὁ Μάρκος μὲν τοῖς φυσικοῖς ὑπέκυψε νομίμοις,
Καὶ τὸ πλέον ἀπέδωκε τῇ δανειστάσῃ φύσει.
Υἱὸς δ' ἐκείνου Κόμοδος παρῆλθεν εἰς τὸ κράτος,
Μεῖραξ πατρῴζων κατ' οὐδέν, μηδ' ἐμφερές τι φέρων,
Δέκα κρατήσας ἔτεσι σὺν τοῖς λοιποῖς ἐννέα,
Τῷ Μάρκῳ τῷ γεννήσαντι καὶ τῷ πεπαιδευκότι,
Μίμοις γὰρ ἔχαιρεν ἀεὶ καὶ μονομάχων θέαις,
Καὶ γυναιξί, καὶ φαυλουργοῖς ἀνδράσι καὶ μεθύσοις,
Καὶ ξίφος εἶχεν ἐνεργὸν κρεανομοῦν καὶ θῦον
Τοὺς δυνατοὺς καὶ πρέχοντας καὶ τοὺς εὐπορωτέρους,
Ὅθεν καὶ τέλος εὕρατο κατάξιον τοῦ βίου.
Φαρμάκοις γὰρ ἀπέρρηξε ψυχὴν τὴν μιαιφόνον,
Καὶ τὴν ζωὴν κατέστρεψεν ἀώρως καὶ πρὸ χρόνου,
Δὶς ἓξ κρατήσας ἔτεσι τοῦ βασιλείου κράτους.
Ῥωμαίων δ' ἦρξε μετ' αὐτὸν Περτίναξ ὁ τεγγέρων,
Ὃς μηδὲ φθάσας ἀγαγεῖν εἰς βασιλείους δόμους
Τοὺς παῖδας, ἢ τὴν γαμετὴν ἀνέμως ἀνῃρέθη.

Ἦν δέ τις Ἰουλιανὸς Δίδιος κεκλημένος,
Οὗτος ὡς λόγος ὤνιον ἐκέκτητο τὸ στέφος.
Δύο καὶ μόνους ἐντυχὼν μησὶ τῆς βασιλείας,
Τοὺς πραγματάρχας τοῦ στρατοῦ χρήμασιν ὑποφθείρας.
Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἀπώνατο τῆς βασιλείου τύχης.
Σευήρου δὲ τοῦ Λίβυος ἐπαναστάντος τούτῳ
Μαχαίρας ἔργον γίνεται, καὶ κακὸν κακῶς θνήσκει,
Μηδὲ γευσάμενος σχεδὸν τοῦ μέλιτος τοῦ κράτους.
Ἡ δὲ πολύζηλος αὐτὸν ἀπολιποῦσα τύχη
Σευήρῳ προσεμειδίασε, καὶ χαροπὸν ἐνεῖδε.
Τοῦτον ἀκούω δείμασθαι λουτρὸν τὸ τοῦ Ζευξίππου,
Τὸ μέγα καὶ περίπυστον τῆς Βυζαντίδος θαῦμα.
Καὶ τοῦτο δὴ τὸ θέατρον τὸ τῆς ψυχαγωγίας,
Τὰς πόλεις ὅλας ἱκανὸν τέρπειν καὶ γενεαρχίας,
Ἐν ᾧ πρὸς τέρψιν θέουσιν ἁμιλλητῆρες ἵπποι.
Ὁ δὲ Σευῆρος ἱκανῶς ἐπιβιοὺς τῷ κράτει,
Καὶ δέκα ὅλοις ἔτεσι προσδιαρκέσας τούτῳ,
Σὺν ἄλλοις ἓξ πρὸς τῇ ἐπὶ νόσῳ δεινῇ ἐμπίπτει,
Καὶ μέλλων θνήσκειν τοῖς παισὶ τὰ σκῆπτρα καταλείπει,
Ὧν μὲν πρῶτος ἔλαχε τὴν Ἀντωνίνου κλῆσιν,
Ὃν ἔλεγον Καράκαλλον. ὁ μετ' αὐτὸν δὲ Γέτας.
Ἀρχῆθεν κατωνόμαστο πρὸς τῶν γεγεννηκότων.
Οὗτοι δ' εἰς ἓξ ἐκράτησαν τῆς βασιλείας ἔτη,
Καὶ μῆνας δύο, τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς ζωῆς στεροῦνται.
Τῶν σκήπτρων τοίνυν ὁ πεσσὸς συχνάκις μεταπίπτων
Σὺν ἄλλοις ἐχαρίσατο τὴν αὐτοκρατορείαν,
Καὶ τῷ Διοκλητιανῷ τῷ παρανομωτάτῳ.
Ὃς προσεταιρισάμενος τὸν αὐτογνωμονοῦντα
Μαξιμιανὸν Ἑρκούλιον τοῦ σατανᾶ τὸν παῖδα
Τοῦ κράτους ἔσχε κοινωνόν, τῆς ἀνοχῆς σου Λόγε.
Καὶ συνδραμόντων εἰς ταυτὸ δύο κακῶν μεγάλων,
Ποῖον δεινὸν οὐχὶ παρῆν, ποῖον δ' οὐκ ἐτολμᾶτο,
Σφαγαὶ καὶ φόνοι πανταχοῦ, καὶ λιμνασμοὶ αἱμάτων.
Καὶ ζοφώδεις τῆς εἱρκτῆς εἶχε πολλοὺς ἐμφρούρους,
Καὶ μᾶλλον τοὺς ἀπὸ Χριστοῦ νέαν κλῆσιν ἐσχηκότας·
Πνεύσαντες γὰρ σφοδρότερον ἀνέμων βαρυθρόων
Τῆς ἀσεβείας, τὸ φυτὸν ἀρτίφυτον ὑπάρχον
Ἐφιλονείκουν ἐκριζῶν πρυμνόθεν ἀνασπάσαι,
Ὡς κλάδον νεομόσχευτον, ὡς ἁπαλὸν δενδρεῖον.
Ἐντεῦθεν στρέβλαι καὶ δεσμὰ κατάθεσις ἀνθρώπων,
Καὶ σάρκες μελιζόμεναι καθάπερ ἐν μακέλλῳ.
Ἀλλὰ θυμομαχήσαντες ἀλόγιστα πρὸς τοῦτο,
Καὶ μάτην ὑλακτήσαντες ὡς κύνες λυσσητῆρες,
Ὄνομα δὲ τὸ τοῦ Χριστοῦ σβέσαι μὴ δυνηθέντες,
Μανέντες οἱ τρισάθλιοι ῥίπτουσι μὲν τὸ στέφος,
Εἰς τύχην δὲ κατάγοντες αὐτοὺς ταπεινοτέραν,
Καὶ κήπων ἐπιμεληταὶ καὶ φυτευταὶ δενδρέων,
Καὶ φυτοσκάφοι γίνονται, καὶ λαχανοκομοῦσιν.
Ἀναλαβέσθαι πάλιν δὲ θελήσαντες τὸ κράτος,
Καὶ τοῦ σκοποῦ διήμαρτον καὶ τοῦ καταθυμίου,
Καὶ τὰς ψυχὰς ἀπέρρηξαν θανάτοις βαρυπότμοις,
Τῆς βασιλείας ἄρξαντες χρόνους εἴκοσι δύο.
Οὗτοι λαμβάνουσι γαμβροὺς αὐτῶν ταῖς θυγατράσιν,
Ἀναγορεύσαντες αὐτοὺς Καίσαρας οἷα τέκνα.
Ὁ πρῶτος μὲν Γαλλέριον ἐπὶ τῇ Βαλερίᾳ,
Μαξιμιανὸς δὲ Κώνσταντα τὸν τοῦ Κλαυδίου παῖδα,
Τοῦ πρὸ μικροῦ τὸ τῆς ἀρχῆς ἀνεζωσμένου κράτος.
Εἶχε δὲ Κώνστας γαμετὴν Ἑλένην τὴν ὀλβίαν,
Ἐξ ἧς ὁ μέγας σκηπτοῦχος προῆλθε Κωνσταντῖνος.
Ἀλλὰ γὰρ δυσωπούμενος τὸ αὖθις τοῦ τυράννου

A adhuc in palatium suos liberos & uxorem deduxisset, nefarie fuit interemptus. Erat tum Didius quidam Julianus, quem pretio mercatum esse coronam Imperialem, ducibus copiarum largitione corruptis, perhibent. Sed fortunæ regiæ fructum nullum tulit. Quippe Severo Afro seditionem adversus ipsum concitante, gladio necatus est, & malus male periit: quum mel Imperii propemodum non degustasset. Hoc modo fortuna invidiosa Juliano deserto, Severo arrisit, eumque vultu hilari respexit. Hunc audito balneum Zeuxippi condidisse magnum illud & celeberrimum Byzantinæ urbis miraculum: itemque plenum illud admirandæ voluptatis ac delectationis B opus, quod totis oppidis & nationibus recreandis sufficit: in quo scilicet equi certantes inter sese delectationis humanæ decurrunt. Cæterum Severus ubi satis vixisset in Imperio, totosque in eo XVII. annos exegisset, gravi oppressus morbo, vitam cum morte commutavit. Moriturus filiis suis sceptra reliquit, quorum natu major Antonini nomen habebat, cognomentum Caracallæ: alteri Getæ nomen parentes indiderant. Præfuerunt annos omnino sex, & menses duos. Quum autem alea Imperii sæpius ab uno ad alterum se convertisset, præter alios Diocletiano quoque, viro sceleratissimo, summam potestatem tribuit. Is adjun- C cto sibi Maximiano Herculio, Satanæ filio, qui eadem erat cum ipso in sententia, consortem Imperii fecit. O patientiam tui filii Dei Sermo. Quum duo magna mala simul concurrerent, quid calamitatis non aderat? quid non designabatur? Ubique cædes, mactationes, sanguinis effusiones stagnorum in modum: obscuris in carceribus multi custodiebantur, præsertim à Christo denominati. Quippe ventum quemvis gravissimum spirando superantes, plantulam pietatis adhuc recentem radicitus evellere singulari studio conabantur, veluti ramum quemdam non ita pridem insertum arboremve tenellam. Hinc tormenta, vincula, mactationes hominum: hinc D carnes membratim discerpebantur, tamquam in macello fieri consuevit. Enimvero posteaquam ex animi lubitu satis hac in parte bruto impetu decertassent, frustraque cuncta furiosorum in morem latrassent, nec tamen Christi nomen abolere potuissent: ad insaniam redacti miserrimi homines, abjecta corona semet ad fortunam & conditionem humiliorem demittunt, adeoque curatores hortorum, arborum plantatores, fossores stirpium, olerumque nutritores fiunt. At ubi recuperare vellent Imperium, gravissimo cædium genere vitam amiserunt. Generos sibi delegerant, quibus filiæ nuberent, eosque tamquam E natos ex se filios Cæsares designarant: primus quidem Galerium, Valeriæ filiæ maritum: alter vero, nimirum Maximianus, Constantem, Claudii * filium, qui non ita pridem imperaverat. Habebat jam tum Constans Helenam uxorem, fœminam beatissimam, e qua magnus ille triumphator Constantinus genitus fuit: verum tyranni gloriam reveritus, ea

Didius Julianus Imp.

Severus Afer Imp.

Edit. Paris. pag. 47.

Antoninus Caracalla Imp.

Omisit hic auctor XV. Cæsarum nomina & annos L. vel amplius.

Diocletian. & Maximianus Impp.

Galerius & Constans Cæsares.

* hoc est nepotem.

pag. 48.

Τὸν αὐτανεψιὸν αὐτοῦ τὸν Κωνσταντίου παῖδα.
Βασιλειῶντα δὲ μαθὼν καὶ τυραννεῖν ὁρμῶντα,
Καὶ πάντα μηχανώμενον ὥστε τυχεῖν τοῦ πόθου,
Τὴν κεφαλὴν ἀφείλετο πᾶσαν ὁρμὴν προφθάσας.
Τὸν ἀδελφὸν τοῦ Γάλλου δὲ τὸν χοῖρον τὸν δυσώδη
Ιουλιανὸν τῷ Καίσαρος ἐκόσμησε στεφάνῳ.
Ἐφ' οἷς ἀστεϊζόμενος δῆθεν ὁ παραβάτης,
Καὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν αὐτοῦ δεικνὺς τὴν ἐκ πορφύρας,
Ἐκεῖνο τὸ θρυλλούμενον ἐπέλεγε τοῖς πέλας.
Πορφύρεος τε θάνατος κατέλαβε καὶ μοῖρα.
Ὡς ἐν χλαμύδι πορφυρᾷ καὶ Γάλλου τεθνηκότος.
Μετὰ μικρὸν δ' ἀποστατεῖ Θεοῦ καὶ βασιλέως.
Ἐξόμνυται τὸν σεβασμὸν, ὃν εἶχεν εἰς τὸν κτίστην,
Καὶ προσκολλᾷ τοῖς δαίμοσι τοῖς τρισαλιτηρίοις,
Αἵμασιν ἀποπλύνεται φεῦ τὸ λουτρὸν τὸ θεῖον.
Ὅπλα κινεῖ καὶ πόλεμον κατὰ τοῦ σεσωκότος,
Καὶ περιτίθησιν αὐτῷ τὴν αὐτοκρατορίαν.
Ὅπερ μαθὼν Κωνστάντιος, καὶ τῷ θυμῷ καχλάσας,
Νόσῳ πιέζεται δεινῇ, καὶ μετ' ὀλίγον θνήσκει,
Κατάρξας τὸ βασίλειον εἴκοσι κράτος ἔτη.
Ταῦτα τὰ τρία πονηρὰ τὰ παρ' αὐτοῦ πραχθέντα
Ἀνακλαιόμενος πικρῶς καὶ φέρων ἐπὶ γλώττης,
Τὴν Γάλλου τὴν ἀναίρεσιν ἀτίμως γεγονυῖαν,
Πίστεως τὴν παρεκτροπὴν καὶ τὴν καινοτομίαν,
Καὶ τὴν ἀνάρρησιν αὐτοῦ τοῦ θεομισεστάτου,
Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐνύσταξεν ἐπὶ μακρὸν ἡ δίκη,
Οὐδ' ὁ παντόπτης ὀφθαλμὸς ἐκάμμυσεν εἰς πλέον·
Ἀλλ' ἤγειρε τὸ βλέφαρον, εἶδε τὸν ἀποστάτην.
Κατεῖδε τοὺς ἐναγισμοὺς, καὶ τὰς ζωοσφαγίας,
Τοὺς τῶν αἱμάτων ποταμοὺς. τὰς ἀνθρωποκτονίας,
Καὶ πᾶν αἰσχρὸν καὶ μυσαρὸν καὶ πλῆρες δυσσεβείας,
Τὸ παρ' αὐτοῦ τολμώμενον, καὶ μυσαχθεὶς τὴν λύσσαν,
Τοῖς Πέρσαις παραδέδωκεν ὡς λέουσιν ἀγρίοις
Τὸν χοῖρον τὸν πηλόφυρτον πικρῶς κατασπαράξαι.
Καὶ πίπτει μὲν ὁ δυσσεβὴς ἔργον φανεὶς μαχαίρας,
Μῆνας ἑπτὰ τὸ ἀκλεὲς κράτος τῆς βασιλείας.
Σὺν ἔτη δύο δυσσεβῶς παράξας καὶ κυκήσας.
Ἡ γῆ δ' οὐ παρεδέχετο τὸ σκῆνος τοῦ βεβήλου,
Ἀλλ' ἐν σεισμῷ καὶ τιναγμῷ κάτωθεν ἀπέπτυε
Τὸν ἀσεβείας συσσεισμῷ δονήσαντα τὴν κτίσιν.
Καὶ πάλιν λάμπει φαιδρωπὸν τῆς πίστεως ἡ χάρις
Τὸ στέφος Ἰωβιανοῦ τοῦ κράτους δεξαμένου.
Ἀλλὰ δὲ τούτου πρὸς μικρὸν τῆς τύχης γευσαμένου,
Καὶ παρελθόντος τάχιον καὶ γῆθεν μεταστάντος,
Μῆνας ὀκτὼ γὰρ τῆς ἀρχῆς ἐκράτησε Ῥωμαίων.
Εἰς Οὐαλεντινιανὸν τὰ σκῆπτρα μεταβαίνει,
Ὃς ἀδελφὸς Οὐάλεντος τὸ στέφος περιβάλλει,
Καὶ τῆς ἑῴας κράτορα τοῦτον ἀναδεικνύει.
Τὸν δὲ καλὸν Γρατιανὸν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης,
Τὸν ἐκ Σεβήρας γαμετῆς αὐτῷ γεγεννημένον.
Οὐάλης οὖν ὁ δυσσεβὴς προσθέμενος Ἀρείῳ,
Τῷ κατὰ τοῦ δεσπότου μου κακῶς φρυαξαμένῳ,
Καὶ τὸν λαὸν τὸν εὐσεβῆ πικράνας καὶ συνθλίψας,
Πυρὸς βορὰ μετ' οὐ πολὺ γίνεται τοῦ παμφάγου,
Ἀχυρμιὰν καθυποδὺς ἐν τῷ τοὺς Σκύθας φεύγειν,
Δέκα πρὸς τέσσαρσιν ἀρχῆς κρατήσας τῆς ἑῴας.
Ὁ δὲ καλὸς Γρατιανὸς Οὐάλεντος πεσόντος,
Καὶ πάσης ἤδη τῆς ἀρχῆς εἰς τοῦτον μεταστάσης,
Καὶ γὰρ Οὐαλεντινιανὸς ἔφθη δοῦναι τὸ χρέος,
Ὁ τῆς παρόδου τῆς εἰς φῶς αἴτιος φανεὶς τούτῳ,

*Const. Man.*

A perisset, hunc regnum adfectare, ad tyrannidem promere, nihil non moliri, quo voti compos fieret: omni conatu ejus anteverso, caput ei præcidi curavit. Deinde Galli fratrem, porcum illum fœtidum, Julianum corona Cæsarea cohonestavit. *[Julianus Cæsar, deinde, Imp.]* Quo factum est, ut desertor ille fidei urbanum quiddam proferre volens, purpurea veste sua commonstrata, tritum illud vulgo verbum ad stantes enunciaret: Purpurea mors & fatum occupavit: significare volens, Gallum etiam in veste purpurea extinctum fuisse. Non autem multo post *[Juliani defectio.]* tam a Deo, quam Imperatore deficit: ejurat religionem, & cultum, quo creatorem suum affecerat: sceleratissimis se geniis adglutinat: B sanguine (proh impium facinus!) lavacrum illud divinum eluit: bellum adversus eum concitat, a quo servatus fuerat: Imperium denique sibi usurpat. Quo cognito Constantinus *[Constantii querela.]* excanduit, ac morbo gravi correptus, paulo post rebus humanis excessit, quum quidem tria mala per se facta deploraret, ac in lingua continenter haberet: primo, quod genere sibi propinquos injuste sustulisset e medio: deinde, quod fidem Christianam adulterasset, ac in ea quædam innovasset: tertio, quod impiissimum hunc Julianum Cæsarem designasset. Enimvero non longum C ad tempus justitia dormitavit, nec inspector ille cunctorum oculus diu connixit: sed palpebram sustulit, desertorem intuitus est, vidit piacula, mactationes victimarum, sanguinis rivos, hominum cædes, omnem denique turpitudinem, abominationem, impietatis plena facinora, quæ designabat: & furorem hominis exsecratus, Persis veluti sævis leonibus volutatum in luto suem immaniter dilacerandum tradidit. Hoc modo quum vir impius gladio vulneratus occubuisset, ne ipsa quidem terra corpus hominis prophani admittere voluit, sed successione ac motu quodam exspuit eum, qui concussione impietatis universam creaturam D turbaverat. *[Edit. Paris. pag. 50.]* Hinc jam rursus hilari vultu fidei gratia splenduit, *[Jovianus Imp.]* postea quam Jovianus Imperator designatus fuisset. At ubi etiam ille fortuna exiguum ad tempus degustata rebus terrenis excessisset, Valentiniano Imperium delatum est. Is Valentem fratrem imposita co- *[Valentinianus, Valens, & Gratianus Impp.]* rona collegam adscivit, ac Orientis quidem illum Imperatorem renunciavit: egregium vero Gratianum veteri Romæ præfecit, ex Severa conjuge natum. Ex his Valens, vir impius, addictus Ario, qui contra Dominum no- E strum superbe insurrexit, populumque religiosæ pietatis studiosum acerbe vexavit & adflixit, non longo post tempore ab edaci consumptus est igne, quum Scythas fugiens, in tugurium paleis refertum se recepisset. At præclarus ille Gratianus, Valente sublato, jam consequutus universum Imperium: (quippe Valentinianus etiam naturæ debitum persolverat, Gratiani pater, vir probus, religiosus erga Deum, in præ-

THEODOSIUS I. Imp.

A liis animosus ac fortis ) Theodosium primum ad Orientis gubernationem ablegat, virum gravem, mavortium: ex Hispania oriundum: non abs re hoc ipsi largitus Imperium. Quippe debitum ei concessit victoriæ præmium, quam de barbaris vir magnanimus, & qui divinitus defendebatur adeptus fuerat. Ipse autem Gratianus, hoc nationibus Orientalibus præfecto, sibi provincias Occideotales eum urbe Roma retinuit.

Scitum Gratiani responsum.

Memoriæ proditum de Gratiano accepimus, cum muliere quadam accedente, ac maritum deferente, quod frequenter eam plagis & verberibus B multaret, apte respondisse: Nihil hoc ad me mulier. At quum illa subjecisset, maritum suum ipsi quoque Gratiano insidiari: rursus illum respondisse: Quid hoc ad te mulier? Tradunt etiam Gratianum adeo peritum sagittandi fuisse, ut ejus tela mentem habere perhiberentur. Interfecto autem Gratiano miserabiliter admodum a quodam barbaro, Theodosius Imperator Romam profectus est, ac parricidam ultus, Romæ Imperium Valentiniano juniori, Gratiani fratri, tradidit.

VALENTINIANUS II. Imper.

Hinc rursus alia turba, rursus alia gravis & horrida tempestas Imperium demergere conata est. Quippe tyrannidem Eugenius quidam usurpavit, C & Valentinianus Imperator strangulatus, misere vitam amisit. Rursum ergo Theodosius militem adversus parricidam educit, tyrannus vivus in potestatem redigitur, compeditus ligatur, audaciæ suæ flagitiorumque designatorum pœnas luit, simul denique vitam & Imperium amittit.

Edit. Paris. pag. 31.

Secundum hæc Honorius a patre Romæ veteris Imperator renunciatur, a Placilla Theodosii conjuge natus.

HONORIUS Imp.

Quumque Theodosius etiam ipse vitam hanc reliquisset, Orientis Imperium Arcadio cessit, ex iisdem cum Honorio parentibus orto.

ARCADIUS Imp.

Id temporis contempto principe Occidentis, tamquam effœminato, Gotthi sangui- D nolenti natio bellicosa, superatu difficilis, cædibus gaudens, in Romæ veteris limites excurrunt, eorumque rex Alaricus Imperatoris opibus potitus, & ipsa Imperatoris sorore Placidia, quæ mox de barbarorum manibus elapsa, celeriter ad Honorium fratrem se contulit, qui Ravennam, urbem munitam, profugerat. Est autem in matrimonium collocata Constantio, per quem servata fuerat: deque his Valentinianus junior procreatus est, qui secundum hæc Romæ Imperium consequutus fuit. E

Gotthi Romam invadunt.

Posteaquam Arcadius terrenam corporis molem deposuerat, Theodosius in Orientalis Imperii solium collocatur, quem Arcadius ex Eudoxia conjuge genuerat.

THEODOSIUS Imp.

Is filiam suam Valentiniano ad conjugii societatem misit, quem juvenem voluptatum amor & insanum studium explendi libidines carnis, quod nullis inhiberi vinculis poterat, non Imperio tantum, sed etiam vita spoliavit, ipsamque vitæ sociam injuriæ alterius exposuit: quæ rea quo pacto gesta fuerit, brevi-

VALENTINIANUS III. Imp. qui periit.

A Χρηστὸς ἀνὴρ, θεοσεβὴς, ἄλκιμος τὰ πρὸς μάχην,
Τὸν πρῶτον Θεοδόσιον ἄρχειν τῆς ἕω πέμπει,
Ανδρα βεβιθυὸ, ἀρεϊκὸν, ἐξ Ισπανίας φυέντα,
Οὐ χαρισάμενος αὐτῷ τὸ κράτος ἀλογίστως.
Δοὺς δὲ τῆς νίκης ἔπαθλον, ἣνπερ κατὰ βαρβάρων
Υπερβαινόντων ψάμαθον τὴν παραιγιαλίτιν
Υπὸ Θεοῦ φρουρούμενος ἤνυσεν ὁ γεννάδας.
Ο κράτωρ δὲ Γρατιανὸς ἐκείνοις βασιλεύσας,
Καὶ τοῖς ἐῴοις γένεσι μόναρχον ἐπιστήσας,
Τὰ μέρη τὰ προσέσπερα καὶ Ρώμην οἰκειοῦται.
Οὗτος φασὶν ὁ βασιλεὺς γυναικὸς προσελθούσης,
Καὶ κατειπόντος πρὸς αὐτὸν τὸ συνομοζυγοῦντος,
B Οτι πληγὰς καὶ ῥαβδισμοὺς αὐτῇ συχνῶς ἐπάγει,
Οὐδὲν, ὦ γύναι, πρὸς ἐμὲ τοῦτ' ἔφησεν εὐστόχως.
Εκείνης δὲ τῆς γυναικὸς αὖθις προσεπειπούσης,
Καὶ κατ' αὐτοῦ βουλεύεσθαι Γρατιανοῦ τὸν ἄνδρα,
Πάλιν ἀνταπεκρίνατο. τί σοι πρὸς τοῦτο γύναι;
Εὐστόχως δ' οὕτω τοι φασὶ Γρατιανὸν τοξεύειν,
Ως φρένας λέγειν ἔχεσθαι Γρατιανοῦ τὰ βέλη,
Τούτου σφαγέντος οἴκτιστα παρά τινος τυράννου,
Ο κράτωρ Θεοδόσιος Ρώμην καταλαμβάνει,
Καὶ τὸν φονέα νίνυται, καὶ τὸ τῆς Ρώμης κράτος
Εἰς τὸν Οὐαλεντινιανὸν τὸν νέον μεταφέρει,
Τὸν ἀδελφὸν Γρατιανοῦ τοῦ βεβασιλευκότος.
Καὶ πάλιν ἄλλος τάραχος, πάλιν βαρύθρους κλύδων
C Τὸ τῆς ἀρχῆς φιλονεικῶν καταποντίσαι σκάφος.
Εὐγένιός τις τυραννεῖ καὶ βασιλεὺς ἀγχόνῃ
Χρησάμενος ὀδυνηρῶς τὸν βίον καταστρέφει.
Καὶ πάλιν Θεοδόσιος κατὰ τοῦ παλαμναίου.
Ζωγρεῖται γοῦν ὁ τύραννος, δεσμεῖται χρυσοπέδαις
Τοῦ θράσους δίκας τίννυσι, καὶ τῶν πεπλημμελημένων,
Καὶ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀρχῆς ἐλεεινῶς ἐκπίπτει.
Καὶ βασιλεὺς Ονώριος τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης
Καὶ κράτωρ ἀναδείκνυται πρὸς τοῦ πατρὸς αὐτάναξ.
Ος ἐκ Πλακίλλης γέγονεν υἱὸς Θεοδοσίῳ.
Θεοδοσίου δὲ λοιπὸν τὸν βίον λελοιπότος,
Εν ἔτεσιν ἰθύνοντος δέκα ἑπτὰ τὸ κράτος,
Αρκάδιος χειρίζεται τοὺς οἴακας τῆς ἕω,
D Εκ τῶν αὐτῶν ἀναφυεὶς σπερμάτων Ονωρίῳ.
Τότε καταφρονήσαντες ὡς μαλακοκαρδίου
Τοῦ τῆς ἑσπέρας ἄρχοντος αἱματορρόφοι Γότθοι,
Φίλοπλον ἔθνος, δύσμαχον, χαῖρον ἀνδροκτασίαις
Τῶν ὅρων κατατρέχουσι τῆς παλαιτέρας Ρώμης,
Καὶ πλοῦτον τὸν βασίλειον Αλάριχος λαμβάνει.
Καὶ Πλακιδίαν ἀδελφὴν οὖσαν τοῦ βασιλέως,
Η τις φυγοῦσα παρευθὺ τὰς χεῖρας τῶν βαρβάρων
Σπουδῇ πρὸς τὸν Ονώριον τὸν ἀδελφὸν ἐκτρέχει
Εἰς Ράβενναν στεῤῥόπυργον πόλιν προαποφυγόντα,
Καὶ Κωνσταντίῳ ζεύγνυται τῷ ταύτην σεσωκότι.
Εξ ὧν Οὐαλεντινιανὸς ὁ νέος ἀπετέχθη,
E Ο μετὰ ταῦτα βασιλεὺς ἀναδειχθεὶς τῆς Ρώμης.
Ως δὲ τὸν χοῦν Αρκάδιος ἀπέθετο τοῦ σκήνους,
Επεσι δέκα πρὸς τρισὶν αἰσίως βασιλεύσας,
Τοὺς ἕω Θεοδόσιος ἐγκάθηται τοῖς θρόνοις,
Ον βασιλεὺς Αρκάδιος ἔσχεν ἐξ Εὐδοξίας.
Ο τοίνυν Θεοδόσιος ἰδίαν θυγατέρα
Πέμπει Οὐαλεντινιανῷ πρὸς γάμου κοινωνίαν.
Αλλὰ γὰρ τὸ φιλήδονον τοῦδε τοῦ νεανίου,
Καὶ λύττησις ἀκάθεκτος ἡ τῆς φιλοσαρκίας,
Ζωῆς αὐτὸν ἐστέρησε καὶ κράτους βασιλείου.

Καὶ τὴν τοῦ λέχους κοινωνὸν κατήγαγεν εἰς ὕβριν.
Ὅπως δὲ τοῦτο γέγονεν εἰρήσεται συντόμως.
Μάξιμος ἦν ὑπατικὸς ἐν Ῥώμῃ πρωτιστεύων.
Τούτῳ συνῴκει γύναιον ἐπέραστον τὴν ὄψιν,
Κάλλος ἀμήχανον αὐχοῦν, κῆπος ἄντικρυς κάλλους.
Ἐκόσμει δὲ τὸ γύναιον ἡ σωφροσύνη πλέον.
Ὅπερ ἰδὼν ὁ βασιλεὺς ἁλίσκεται τῷ κάλλει,
Καὶ πάντα κάλων συνωθεῖ πρὸς τὸ τυχεῖν τοῦ πόθου.
Τῷ γοῦν ἀνδρὶ τῆς γυναικὸς Μαξίμῳ συγκυβεύων,
Καὶ καθυπέρτερος φανεὶς, μὴ φέροντος χρυσίον,
Λαμβάνει τὸ δακτύλιον τὸν χρύσεον ἐκείνου,
Φερέγγυον ἰσόμοιρον τῶν ὑποφειλομένων.
Ἐκπέμπει τὸν δακτύλιον τῇ γυναικὶ σημεῖον,
Τὴν ἄφιξιν ἐνδόσοντα τὴν πρὸς τὴν βασιλίδα.
Πιστεύει τούτοις ἡ γυνὴ, γινώσκει τὸ σημεῖον.
Φθάνει πρὸς τὰ βασίλεια τινὰ τὰ μετὰ ταῦτα
Ὁ βασιλεὺς ἀπολαβὼν ταύτην αἰσχύνει βίᾳ.
Μανθάνει ταῦτα Μάξιμος, πιμπρᾶται τὴν καρδίαν,
Εἰς ἄμυναν ὁπλίζεται, δόλους παντοίους ῥάπτει,
Καὶ τελευταῖον θανατοῖ ξίφει τὸν βασιλέα,
Φρουρῶν ἀρίστων στρατηγῶν πρώτως αὐτὸν στερήσας,
Αἰσχύνει καὶ τὴν γαμετὴν τούτου τὴν Εὐδοξίαν.
Ἡ βασιλὶς δεινοπαθεῖ, τὴν ὕβριν ἀνασείει,
Καὶ πέμπει πρὸς Γιζέριχον τὸν Οὐανδήλων ῥῆγα,
Κατὰ τῆς Ῥώμης ἐπελθεῖν ἐκεῖνον παρορμῶσα.
Ἐπῆλθεν ὁ Γιζέριχος, ἐκράτησε τῆς Ῥώμης,
Ἠνδραποδίσατο πικρῶς, δοριαλώτους ἔσχεν,
Αὐτήν τε τὴν βασίλισσαν καὶ τὰς ἐκείνης κόρας.
Ἡ μὲν οὖν Ῥώμη πρὸς μικρὸν ἔτι βασιλευθεῖσα
Τὸ κράτος τὸ βασίλειον εἰς τέλος ἀφῃρέθη,
Καὶ τῶν βαρβάρων τοῖς ῥηξὶν εἶξε καὶ τοῖς ἐθνάρχαις,
Καὶ ταῖς παλάμαις δυστυχῶς τούτων ἐταπεινώθη.
Ἦρξε μὲν οὖν ὁ Μάξιμος ὁ τότε τυραννήσας,
Καὶ μετ' αὐτὸν Ἀνθέμιος Ὀλύμβριος ὁ πάνυ,
Μετὰ δὲ τὸν Ὀλύμβριον ἐκράτησε Μαΐωρ,
Καὶ μετ' αὐτὸν Γλυκέριος, καὶ μετὰ τοῦτον πάλιν
Νιπωτιανὸς, Ὀρέστης τε, καὶ μετὰ τὸν Ὀρέστην
Ὁ παῖς Ῥωμύλου τῆς ἀρχῆς ἥψατο τελευταῖος.
Καὶ πόλις μεγαλώνυμος ἡ τῶν Ῥωμαίων πόλις
Ῥωμύλον ἔχουσα κατ' ἀρχὰς ἔννομον βασιλέα,
Καὶ πάλιν περιστήσασα τὸ κράτος εἰς Ῥωμύλον,
Οὐκέτι τὴν κυβέρνησιν ἔσχεν ἐκ βασιλέων.
Βαρβάροις δ' ὑποκύψασα καὶ χωροβατηθεῖσα,
Καὶ τούτοις δυστυχήσασα δορύληπτος γενέσθαι,
Ῥῆγας κατεῖδεν ἄρχοντας χωράρχας σατραπάρχας.
Καὶ στερηθεῖσα δυσκλεῶς ὑπάτων καὶ κρατόρων,
Καὶ δικτατόρων, καὶ βουλῆς, ἀλλὰ καὶ πατρικίων,
Ἐπωμαδίαν ἐζεύγνυτο ζεύγλην τὴν τῶν βαρβάρων.
Καὶ πρώην χρηματίζουσα βοῦς ἀγελαῖος ἄζυξ
Ὑπήκοος ἐγένετο δυνάσταις ἀροτρεῦσι,
Καὶ γῆς ταῖς αὐλακίσμασι τρύχεσθαι κατεκρίθη.
Καὶ ταῦτα μὲν συμβέβηκε τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ.
Ἡ δ' ἡμετέρα τέθηλεν, αὔξει, κρατεῖ, νεάζει,
Καὶ μέχρι τέλους αὔξοιτο. Ναὶ βασιλεῦ παντάναξ.
Τοιοῦτον ἔχουσα τηλαυγῆ φωσφόρον βασιλέα,
Μέγιστον Αὐτοκράτορα τὸν μυριονικηφόρον,
Κομνηνιάδην Μανουὴλ πορφύρας χρυσοῦν ῥόδον,
Οὗπερ τὸ κράτος ἥλιοι μετρήσαιεν μυρίοι.
Ἀλλὰ γὰρ πάλιν εἰς ὁδὸν ὁ λόγος ἀναγέσθω,
Καὶ περαινέτω τὸ λοιπὸν δρόμον τῆς ἱστορίας.

*Const. Man.*

A ter exponetur. Erat in urbe Roma vir consularis Maximus, facile princeps inter cæteros. Habebat is uxorem eleganti præditam facie, quæque propter venustatem formæ quidam velut hortus pulchritudinis esse videretur: & ornabat eamdem multo etiam magis castitas atque pudicitia. Quum hanc vidisset Imperator, amore captus est, omnesque nervos in id intendit, ut voto potiri posset. *Maximi uxor stupratur.* Igitur aliquando cum Maximo, marito mulieris, alea ludens, ubi vicisset, nec aurum Maximus numeraret: aureum ejus anulum accipit, quasi pro debitis oppigneratum. Hinc anulum ipsius uxori mittit signi loco, de quo illa intelligeret, in

B aulam sibi eundum esse. Mulier signo cognito, fidem iis, quæ mandabantur, habet, adeoque celeriter in regiam se confert. Quid inde factum? Imperator eam nactus, vi stuprat. Maximus his cognitis ardere animo, ad ultionem se armare, fraudes omnis generis nectere, tandem gladio Imperatorem occidere, spoliatum prius fidissimis satellitibus. *Edit. Paris. pag. 52.* Hoc facto, conjugem quoque Valentiniani Eudoxiam stuprat, quæ injuriam hanc ægerrimo ferens animo, *Eudoxia stupratur.* suos ad Gizerichum Vandalorum regem mittit, oratum, ut Romam cum copiis invaderet. Fecit hoc *Gizerichus Romam capit.*

C Gizerichus, Romam occupavit, eaque miserum in morem spoliata, Imperatricem cum filiabus captivas abduxit. Ac Roma quidem exiguum ad tempus adhuc ab Imperatoribus administrata, tandem Imperium omne prorsus amisit, in potestatem regum principumque barbarorum redacta, quorum manibus misere prostrata fuit. Tunc temporis autem Maximus occupata tyrannide regnavit, *Ultimi Romæ Imper. Latini.* quem sequuti sunt Anthemius, Olybrius vir præstantissimus, * Maior, ** al. Majoranus, item Majorinus.* Glycerius, Nepotianus, Orestes, post quem Orestem puer Romulus

D omnium postremus Imperium usurpavit. Hoc modo celeberrima Romanorum urbs, quum ab initio Romulum legitimum habuisset, ac vicissim ejus Imperium ad Romulum pervenisset, deinceps ab Imperatoribus gubernari desiit. Barbaris autem sese submittens, ab iisque calcata, perque summam infelicitatem capta, regibus eorum, nationumque principibus, & satrapis paruit: planeque spoliata consulibus, Imperatoribus, dictatoribus, Senatu, patriciis, jugum barbarorum suis humeris tulit: quæ denique prius erat indomita & expers jugi vacca, prin-

E cipibus aratoribus obediens facta est, & condemnata, ut ejus solum aratro inverteretur. Et hæc quidem Romæ veteri acciderunt. At illa nostra floret, augescit, Imperio fruitur, juvenescit: *Constantin. Manasses sub Manuele Comneno vixit.* utque perpetuum augescat, te rex omnium maxime precor: præsertim quum modo talem ac tantum Imperatorem habeat, Luciferum late radiis suis splendentem, regem Ausonum maximum, victoriis sexcentis potitum, Manuelem Comneniadem, auream * Purpuræ rosam, cujus Imperium infiniti soles metiantur. **Loci nomen, in quo pariebant Imperatrices, ut liberos ederent purpurigenas.* Sed enim oratio nostra in viam revocetur, & historiæ cursus

ad finem perducatur. Juniorem Theodosium, quum adhuc puer esset, ac teneram primamque ætatem ageret, Arcadius pater in thronum Imperatorium collocavit, simulque constituit ei custodes Imperii principes quosdam Senatus, itemque genere proximos, una cum Isdigerde Persarum rege: qui deinceps, ubi de insidiis accepisset, quas Theodosio quidam tyrannidis usurpandæ cupidi struerent, suos ablegavit, ut ad ipsum usque Byzantium cum infinitis prope pugnatorum copiis excurrerent. Hoc modo perculsis insidiatorum animis formidine barbari, omni odio malevolentiaque deposita, consilium prius intermissum cum ipsis conatibus fuit. De quo intelligere licet, ipsis etiam barbaris virtutem ac indolem bonam existere, hominesque linguis diversos nihilominus amicitiam & amorem mutuum illæsum conservare eandide posse. Nam virtus & honestum a natura cunctis insitum est. Cæterum Imperatori Theodosio soror erat castis prædita moribus, vitæ gravis ac pudicæ, nomine Pulcheria. Fulgebat ea venusti corporis elegantia, simulque dotibus internæ pulchritudinis relucebat. Quumque virginitatem suam retinere, & castitatis campum illibatum tueri decrevisset: prorsus virorum consuetudine semet abstinebat, ac puræ modestæque vitæ studio dedita fervorem animi erga quævis facta præclara insignem demonstrabat. Neque tantum exornandæ vitæ suæ intenta erat, verum etiam fratrem omnigenis rationibus, iisque solerter excogitatis, ad virtutem probosque mores informabat. Conjunxit & fratri matrimonio Eudociam, omni venustatis genere splendentem. Ea quum esset vultu prædita formosissimo, Athenis illis celeberrimis, ubi nata fuerat, Byzantium profecta suos, ut fratres accusaret, qui paternarum facultatum partem ei se daturos pernegarent, obiter quiddam longe fructuosius reperit. Libet autem breviter exponere, quo pacto hæc evenerint. Fuit Athenis quidam Leontius, vir accurate peritus omnis philosophiæ, ac logicarum, naturalium, astronomicarum disciplinarum. Hinc ex una conjuge tres erant nati liberi, duo mares, una filia, formæ puella præstantis, & cæteroquin etiam elegantissima, cui pater Athenaidis nomen dederat. Quum autem rebus humanis jamjam excessurus esset, testamento de voluntate sua postrema condito, filiis quidem maribus facultates omnes legavit, quidquid nimirum habebat vestium, auri, ædium, pecoris, instrumenti ac supellectilis, mancipiorum: (quippe locuples & opulentus erat) filiam vero, quam etiam unice diligebat, sola centum aureorum sorte contentam esse jussit, quod hanc fortunam sufficere diceret, qua cunctas mulieres felicitate superaret. His ille verbis prolatis, naturæ debitum persolvit. Puellæ fratres, qui homines essent improbi, paternas facultates universas sibi vindicabant. sorore prorsus ab aditione hereditatis exclusa. Quam rem Athenais ægerri-

Rex Persicus pupillum conservat.

Edit. Parif. pag. 53.

De Pulcheria Theodosii sorore.

Eudocia Theodosii conjux.

De Leontio philosopho Atheniensi.

pag. 54.

A Τὸν νέον Θεοδόσιον ἔτι παιδίσκον ὄντα,
Ἄγοντά τε τὴν ἁπαλὴν καὶ πρώτην ἡλικίαν,
Ἀρκάδιος ἐνίδρυσε τοῖς βασιλείοις θρόνοις,
Καὶ φύλακας ἐπέστησεν αὐτῷ τῆς βασιλείας,
Τοὺς τῆς συγκλήτου προὔχοντας καὶ τοὺς ἀγχιστῆρας,
Καὶ σὺν αὐτοῖς τὸν ἄρχοντα Περσίδος Εἰσδιγέρδην.
Ὃς καὶ μαθὼν ἐπιβουλὴν κατὰ Θεοδοσίου
Τυρευομένην ἔκ τινων ἀνδρῶν φιλοτυράννων,
Ἠπείλησεν ἐπιδρομὰς ἄχρι καὶ Βυζαντίου
Σὺν μυριάσι μαχητῶν ἀλκίμων ὁπλοφόρων.
Οἱ τοίνυν βουλευσάμενοι κατὰ τοῦ βασιλέως,
Καταπτοηθέντες τὰς ψυχὰς φόβῳ τῷ τοῦ Περσάρχου,
Τὸ δύσνουν ἀπεβάλοντο καὶ τὴν κακοτροπίαν,
B Καὶ τῆς βουλῆς ἀπέσχοντο καὶ τῶν ἐγχειρημάτων.
Ὡς ἄρα τὸ χρυσότροπον ἐστὶ κἂν τοῖς βαρβάροις,
Καὶ τὴν φιλίαν ἄτρωτον καὶ τὴν φιλαλληλίαν
Οἶδεν ἀνὴρ ἀλλόγλωσσος ἀθόλωτον φυλάσσειν.
Τὸ γὰρ καλὸν ἐκ φύσεως ἅπασιν ἐνυπάρχει.
Ἦν δ' ἀδελφὴ τῷ βασιλεῖ τούτῳ Θεοδοσίῳ,
Σεμνότροπος, σεμνόβιος, τὴν κλῆσιν Πουλχερία,
Καὶ κάλλει περιλάμπουσα σώματος εὐπροσώπου,
Καὶ στίλβουσα ταῖς χάρισι τῆς ἔνδον εὐπρεπείας.
Ἥ τις παρθένον συντηρεῖν αὐτὴν προελομένη,
Καὶ τῆς ἁγνείας ἄσυλον φυλάττειν τὸν λειμῶνα,
Ἀῤῥένων μὲν ἀπείχετο καθάπαξ ὁμιλίας,
Τῷ καθαρῷ δ' ἐπέχαιρε καὶ τῷ κοσμίῳ βίῳ,
C Καὶ ζέσιν ἐπεδείκνυτο πρὸς πᾶσαν χρηστουργίαν.
Οὐ μόνον δὲ τὸν ἑαυτῆς οὕτως ἐκόσμει βίον,
Ἀλλά γε καὶ τὸν ἀδελφὸν παντοίαις ἐπινοίαις
Εἰς ἀρετὴν ἐρρύθμιζεν καὶ τρόπους φιλοκάλους.
Ἣ καὶ συνῴκισεν αὐτῷ πρὸς γάμου κοινωνίαν
Τὴν κάλλεσιν ἀστράπτουσαν παντοίοις Εὐδοκίαν,
Ἥτις λειμῶνα φέρουσα κάλλους ἐν τῷ προσώπῳ
Ὡρμᾶτο μὲν ἐξ Ἀθηνῶν τῶν περιλαλουμένων.
Πρὸς δὲ τὴν Βύζαντος λαμπρὰν ἀφικομένη πόλιν,
Ἐφ' ᾧ κατηγορήσειεν ἰδίων ὁμογνίων,
Ὡς τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς αὐτῇ μὴ μεταδόντων,
Πολλῷ κερδαλεώτερον τὸ πάρεργον εὑρίσκει.
Τὸ δ' ὅπως τοῦτο γέγονε λόγῳ συντόμῳ φράσω.
Ἦν ἐν Ἀθήναις τίς ἀνήρ, Λεόντιος τὴν κλῆσιν,
D Εἰς ἄκρον ἀρικόμψος πάσης φιλοσοφίας,
Καὶ λογικῆς καὶ φυσικῆς καὶ τῆς ἀστροσκόπου.
Τούτῳ μιᾶς ἐκ γαμετῆς τρεῖς ἐτέχθησαν παῖδες.
Δύο μὲν ἦσαν ἄῤῥενες, τρίτη δὲ θυγάτηρ.
Θυγάτηρ ἀγλαόμορφος ἐπιχαριτωτάτη.
Ἀθηναῒς ὠνόμαστο πρὸς τοῦ πατρὸς ἡ κόρη.
Ὡς οὖν τὸν βίον ἔμελλε λείπειν ὁ ταύτην σπείρας,
Ἐπιθανάτιον συνθεὶς καὶ τελευταῖον γράμμα,
Τοῖς μὲν παισὶ κατέλειπε τοῖς ἄῤῥεσι τὸν βίον,
Ὁπόσος ἐν ἱματισμοῖς, ὁπόσος ἐν χρυσίῳ,
Ἐν οἴκοις, ἐν βοσκήμασιν, ἐν σκεύεσιν, ἐν δούλοις.
Ἦν γάρ τις μεγαλόπλουτος καὶ τῶν βαθυκτημόνων.
Τῇ θυγατρὶ δ' ἐκέλευσε καὶ ταύτῃ φιλουμένῃ
E Μόνους χρυσίνους ἑκατὸν παραχωρηθῆναι κλῆρον,
Τὴν τύχην τὴν περίλαμπρον ἀρκεῖν ἐκείνῃ φράσας
Ἁπάσης ὑπερφέρουσαν γυναικείων εὐποτμίας.
Ὁ μὲν εἰπὼν ἐξέπιε τὸν τοῦ θανάτου σκύφον.
Οἱ δὲ τῆς κόρης ἀδελφοὶ φαυλότροποι φανέντες
Πᾶσαν ἐσφετερίσαντο τὴν πατρικὴν οὐσίαν,
Καὶ παντελῶς ἀπόκληρον ἔθεντο τὴν νεᾶνιν,

Ἐφ' οἷς ὑπερπαθήσασα καὶ τὴν ψυχὴν πληγεῖσα
Τῇ μητραδέλφῃ πρόσεισιν Ἀθηναΐς ἡ κόρα.
Κοινοῦται τὰ καθ' ἑαυτὴν, τὴν συμφορὰν δεικνύει,
Περιπαθέσι στεναγμοῖς ἐκτραγῳδεῖ τὸ πάθος.
Οἰκτείρει τὸ κοράσιον θρηνοῦσαν ἡ μητραδέλφα,
Ὑπὲρ τῆς ἀδελφόπαιδος πιμπρᾶται τὴν καρδίαν,
Καὶ σὺν αὐτῇ καὶ μετ' αὐτῆς ὡς εἶχεν ἀφικνεῖται
Πρὸς πόλιν τὴν πρωτόπολιν πρὸς πόλιν τὴν τοῦ κράτους,
Τῇ Πουλχερίᾳ πρόσεισι τῇ χαριτοκοσμήτῳ,
Ἐπικουρίαν ἐξαιτεῖ, δεῖται βοηθηθῆναι
Τὴν κόρην τὴν τῆς ἑαυτῆς ἀδίκως στερουμένην.
Θαυμάζει τῆς νεάνιδος ἡ βασιλὶς τὸ κάλλος.
Ἐκπλήττεται τὰς φεγγαυγεῖς χάριτας τοῦ προσώπου.
Θαυμάζει τὴν ἀσύνετον μεγαλογνωμοσύνην.
Πυνθάνεται εἰ τὴν αὐτῆς ἔφθαρται παρθενίαν.
Καὶ γνοῦσα κοίτης ἄπειρον τὴν κόρην χρηματίζειν,
Καὶ τὸ καλὸν ἀνέβηλον φυλάττειν τῆς ἁγνείας,
Λουτρῷ καθαίρει τῷ σεπτῷ, τὴν κλῆσιν μεταμείβει,
Μετονομάζει τὴν καλὴν νεάνιν Εὐδοκίαν,
Συνάπτει τε τῷ βασιλεῖ καὶ ζεύγνυσιν εἰς λέχος,
Συναραμένου τὰ πολλὰ πρὸς τοῦτο καὶ Παυλίνου,
Ὃς ἐν τοῖς πρώτοις τέτακτο τῶν βασιλέως φίλων.
Ἐκ ταύτης Θεοδόσιος ἔτικεν Εὐδοξίαν,
Ἣν Οὐαλεντινιανῷ σκηπτροκρατοῦντι Ῥώμης
Τῆς πρεσβυτέρας ἔπεμψεν εἰς γάμου κοινωνίαν.
Ἀλλ' ἦν οὐδὲν, ὡς ἔοικεν, εὐτύχημα τοῦ βίου
Ζάλης καὶ λύπας ἀμιγὲς, οὐδέ τις εὐποτμία
Μὴ συναναφυόμενον ἔχουσα καὶ τὸ ἀνίζον.
Καὶ γὰρ καὶ ῥόδον εὔοσμον φέρουσι πυκνὰς ἀκάνθας,
Ἡλίου τε τὸ βλέφαρον σκοτίζουσι νεφέλαι,
Καὶ φθόνος ἐπιφύεται τοῖς τὸ καλὸν ἀσκοῦσι,
Καὶ πᾶν εὐτύχημα λαμπρὸν καὶ πᾶν σεμνὸν τοῦ βίου
Φέρει καὶ τὸ δυστύχημα συνανακεκραμένον,
Ἀλλὰ γὰρ τί μοι βούλεται τὸ πρόασμα τοῦ λόγου;
Ἡ βασιλὶς ἐπέπλει τὴν ἅλμην τὴν τοῦ βίου,
Εὐδιεινοῖς καὶ γαληνοῖς πνεύμασι φερομένη.
Ἀτάραχον διήνυε τὸν πλοῦν τῆς εὐποτμίας,
Ὥσπερ εἰς πλοῖον φορτηγὸν ὡς ἐξ οὐρίας πλέει.
Ἀλλ' αἴφνης ἐξεφύσησεν ὡς καταιγὶς ὁ φθόνος,
Καὶ λαῖλαψ συνετάραξε τὴν θάλασσαν καὶ κλύδων,
Νέφος ἐρράγη θολερὸν, κατήγαγε χειμῶνα,
Συνέσεισεν ἐδόνησε τὸ σκάφος ὡς φυλλάδα,
Καὶ φλοίσβους ἤγειρε δεινοὺς καὶ τάραχον βαρύθρουν.
Καὶ τὴν μὲν οἷον συνέτριψε, τῇ δὲ ναυαγουμένῃ
Στόμα δεινὸν ὑπήνοιξε χάσματος δυσαλώτου.
Ἐντεῦθεν ἡ βασίλισσα πικρίας ἐνεπλήσθη,
Καὶ πειρασμοῖς ἐπάλαισε βαρυσυμφορωτάτοις,
Τί δ' ἦν αὐτῇ τὸ συμπεσὸν ὁ λόγος ἱστορήσει.
Θεοδοσίῳ βασιλεῖ τῷ συζυγοῦντι ταύτῃ
Μῆλον καλὸν εὐμέγεθες πένης προσήνεγκέ τις.
Ὁ δὲ, τὸ καλλιπρόσωπον θαυμάσας τῆς ὀπώρας,
Καὶ τῆς εὐχροίας ἀγασθεὶς ἀλλὰ καὶ τοῦ μεγέθους,
Ὥς τι καινὸν τὸ δώρημα τῇ βασιλίδι πέμπει,
Ὅπερ μεγάλων γέγονεν ἀρχὴ πειρατηρίων,
Οὐχ ἧττον ἢ τῆς Ἔριδος τῆς φθονερᾶς τὸ μῆλον,
Ὅπερ ἐπεισεκώμασεν ἐπὶ κακῷ τοῖς τότε
Θύουσι γαμοδαίσια Θέτιδος καὶ Πηλέως.
Οἷα καὶ γὰρ συμβέβηκε διὰ τὸ μῆλον τοῦτο.
Ἐθαύμασεν ἡ βασιλὶς τὴν ὥραν τῆς ὀπώρας,
Ὑπερφυῶς ἡγήσατο τὸ χρῆμα τὸ τοῦ μήλου,

A mo ferens animo, materteram adit, casus ei suos exponit, calamitatem deplorat, & multis cum gemitibus dolenter amplificat. Illa puellæ commiseratione tangi, ac neptis nomine commota, Constantinopolin cum ea proficisci, urbem urbium principem & Imperii sedem. Hinc Pulcheriam multis ornatam dotibus convenire, opem & auxilium ejus implorare, rogare denique, subveniret puellæ suis rebus per injuriam spoliatæ. Pulcheria juvenculæ formam admirari, ad radiantes vultus dotes obstupescere, magnanimitatem plane conspicuam plurimi facere: simul interrogare, num florem virginitatis adhuc illibatum haberet. Intellecto, puellam adhuc B expertem esse conjugii, castitatisque bonum hactenus integrum servasse: religioso eam lavacro curat ablui, nomen immutat, Eudociam appellat, fratri matrimonio copulat, non parum adjuvante Paulino, viro inter amicos Imperatoris principem locum obtinente. Procreavit autem ea hac Theodosius Eudoxiam, quam Valentiniano in urbe Roma vetere imperanti ad vitæ societatem misit. Sedenim nulla vitæ felicitas tempestatis ac doloris expers est, nec prosperitas esse potest ulla, cum qua non existat etiam aliquid, quod hominem mordeat. Etenim ipsa quoque rosa, licet fragrans sit, crebris C tamen spinis horret: itemque vultum solis nubes interdum caligine quadam obvelant. Consimili modo invidia comitatur & insectatur eos qui virtutem colunt; omnisque sancta prosperitas, & vita splendens in hominum oculis, admistam quamdam infelicitatem secum trahit. Quid autem hoc sibi vult orationis præludium? Nimirum & hæc Imperatrix in hujus vitæ mari navigabat, & serenis placidisque ventis acta, felicitatis cursum absque perturbatione conficiebat, non aliter, atque si navis oneraria vento secundo feratur: verum invidia subito, tempestatis cujusdam instar flare cœpit: turbo cum procella mare commovit: nu- D bes impetuosa exorta tempestatem excitavit: adeoque succussit, & agitavit scapham instar folii, commoto ingenti strepitu, gravique turba: ut navem confringeret, ac ipsi naufragium facienti terribiliter ore adaperto minaretur, quasi vellet ei plane dehiscere. Ab eo tempore casus acerbos Imperatrix complures experta fuit, & ærumnosissimis cum tentationibus colluctata. Lubet autem commemorare, quid illi acciderit. Quidam fortunæ tenuis Imperatori Theodosio, Eudociæ marito, pomum eximiæ tam pulchritudinis, quam magnitudinis obtulerat. Ejus ille E speciem longe venustissimam, colorem, magnitudinem admiratus, pomum ipsum insolitati cujusdam muneris loco Imperatrici miserat: quæ sane res non minus maximorum incommodorum origo exstitit, atque olim pomum illud Eridis invidiæ, quod nocendi causa iis obtulit, qui Thetidis atque Pelei nuptiis intererant. Nam qualia quæso consequuta sunt? Imperatrix pulchritudinem fructus admirari, eumque arbitrari naturæ modum excedere. Et quoniam

Edit. Paris. pag. 55.

Occasio dissidiorum inter conjuges.

Paulinum propterea venerabatur, quod valde eam juvisset in consequenda dignitate Imperatoria: virum hoc infelici pomo donat. Is vero vicissim munus Imperatori mittit, ignorans (uti quidem videtur) unde profectus fuisset. Non enim adfuerat id temporis Imperatori miser, quo pomum acceperat, quod nuncupare quis possit lethalem orci fructum, ab ipsa morte Plutoneque consitum. Imperator oblatum intueri, mox agnoscere, clam apud se occultare ac retinere, conjugem interrogare, ubi nam pomum ab se datum haberet: illa respondere, manducatum ab se esse. Rursus Imperator ei deferre jusjurandum: illa per summam infelicitatem sacramento confirmare, pomum ab se manducatum esse. Quid hinc factum? Imperator suspicionibus malis indulgere, pomum absconditum proferre, conjugem mendacii convincere, excandescere, furere, Imperatricem odio persequi. Atque hinc jam fluctus ille tentationum, mare calamitatum, tempestas malorum exundavit: hinc facinus indignum sol conspexisti. Nam Paulinus ob hanc causam interfectus est, & Imperatrix odio mariti perspecto celeriter Hierosolymam proficiscitur, atque ibi exacto reliquo vitæ tempore, tandem naturæ debitum persolvit. Erat cæteroqui Theodosius comis, facetus, liberalis, semper lectitandis libris occupatus: verum inter has virtutes etiam mala quædam herba succrescebat, ut sunt res humanæ. Nam si quis ei chartam offerret, rubris in litteris nomen Imperatorium subscribebat: non inspectis prius iis, quæ essent in ea perscripta. Nimirum in humana natura nihil est, quod omnino sit labis expers, & ab omni absurditate alienum. Quamobrem divinis exornata dotibus Pulcheria fratrem ab hoc vitio revocare studens, singulari diligentia Imperatorem monebat. Postea vero quam variis & continuis admonitionibus usa, prudentibusque verbis castigato fratre nihil se proficere cerneret, hujusmodi quiddam instituit ac molita est. Excogitatis ingeniose rationibus fratrem circumvenit, litteras fingit, in quibus perscriptum foret, Imperatorem Pulcheriæ sorori conjugem suam veluti mancipium quoddam donasse. Hanc chartam fratri offert, rogat, hanc scripturam litteris Imperatoriis munire ac subsignare velit. Imperator precibus sororis annuit, mox calamum præhendit manu, & exaratis purpurei coloris litteris, chartam confirmat. Pulcheria litteras manu fratris subscriptas insignis lucri loco accipit, & Imperatricem instar coempti pretio mancipii secum abducit. Quum Theodosius a sorore injuria se diceret adfici gravissima, litteras Imperatoris illa vicissim proferre, seque dicere fretam his, optimo jure quod faceret, facere. Tum vero rem Imperator intelligere, pudore suffundi, ab ejusmodi stultitia deinceps sibi cavere, factum ipsum denique præclarum ad finem tendere. Nimirum in magna felicitatis parte collocandum est, si quis inter homines benevolos, vitæ puræ studiosos, amorem mutuum labe nulla contaminantes degat. Cæ-

Eudociæ perjurium.

Paulini cædes.

Theodosii temeritas in subscriptionibus.

Edit. Paris. pag. 56.

De vii. dormientibus.

A Καὶ φιλοτίμως ἔχουσα πρὸς τὸν καλὸν Παυλῖνον,
Ὡς συναράμενον αὐτῇ πρὸς ὕψος βασιλείας,
Τῷ μήλῳ τῷ πικροποιῷ τὸν ἄνδρα δεξιοῦται.
Ἐκεῖνος δὲ τῷ βασιλεῖ τὸ δῶρον ἀντιπέμπει,
Μὴ κατειδώς, ὡς ἔοικεν, ὅθεν παρεισεφθάρη,
Ἐτύγχανε γὰρ τῷ βασιλεῖ μὴ συμπαρὼν ὁ τάλας
Ἡνίκα Θεοδόσιος ἐδέχετο τὸ μῆλον.
Ἅδου πικρὰν ἂν εἴποι τις ὀπώραν θανασίμην,
Ἧς κηπευτὴς ὁ θάνατος καὶ φυτοκόμος ᾅδης.
Ὁρᾷ τὸ μῆλον ὁ κρατῶν, γνωρίζει τὴν ὀπώραν,
Κρύπτει τὸ μῆλον παρ' αὐτῷ, σιγῇ παρακατέχει,
Πυνθάνεται τῆς γαμετῆς ὅπη τὸ μῆλον εἴη.
Εἰπούσης ὅτι βέβρωκεν ὅρκοις καταλαμβάνει.
B Ἡ δέ, τῆς τύχης τῆς πικρᾶς, ὡς ἔοικε, σφαλούσης
Ἀντόμνυσι καταφαγεῖν. τίνα τὰ μετὰ τοῦτο.
Εἰς ὑπονοίας ὁ κρατῶν οὐκ ἀγαθὰς ἐμπίπτει,
Δείκνυσι τὸ κρυπτόμενον, ἐλέγχει ψευδομένην
Θυμοῦται, μαίνεται, μισεῖ, στυγεῖ τὴν βασιλίδα.
Ἐντεῦθεν ἐπεμόρμυρε τῶν πειρασμῶν τὸ κῦμα.
Ὁ μὲν Παυλῖνος θάνατον ἐτρύγησεν ἐκεῖθεν,
Καὶ ξίφος αἱματόχαρτον ἐμέθυσε τῷ φόνῳ.
Ἡ βασιλὶς τὸ μῖσος δὲ γνοῦσα τοῦ βασιλέως,
Εἰς πόλιν Ἱερουσαλὴμ ὡς τάχος ἀφικνεῖται,
Κἀκεῖσε τὸ λειπόμενον ἀνύσασα τοῦ βίου,
Τῆς φύσεως τῆς γεηρᾶς ἐκτίνουσι τὸ χρέος.
Οὗτος ὁ Θεοδόσιος τἆλλα μὲν ἦν ἀστεῖος,
C Χαρίεις, μεγαλόδωρος, βίβλοις ἀεὶ σχολάζων,
Ἀλλὰ τοῖς προτερήμασιν εἶχε συναναβαῖνον
Καὶ τί κακὸν ζιζάνιον οἷα τοῦ βίου αὔρα.
Ἂν γάρ τις οἷον δήποτε τούτῳ προσῆξε χάρτην,
Ἐν ἐρυθραίοις γράμμασιν, αὐτὸν ἐσημειοῦτο,
Μὴ συσκοπήσας, μὴ μαθὼν οἷα τὰ γεγραμμένα.
Οὕτως οὐδὲν ἀκέραιον ἐν ἀνθρωπίνῃ φύσει,
Οὐδὲν τῆς λώβης ἀμιγὲς τῆς τῶν ἀπὸ πτωμάτων.
Ἡ τοίνυν χαριτόστεπτος καὶ θεία Πουλχερία
Πολλὴν ἐδείκνυ τὴν σπουδὴν περὶ τὸν βασιλέα,
Ἀπαλλαγῆναι θέλουσα τοῦτον τῆς ἁμαρτάδος.
Ὡς δὲ πολλὰς καὶ συνεχεῖς πλέξασα παραινέσεις,
Καὶ λόγοις συνετίσασα τοῖς σωφρονιστηρίοις,
D Πλέον ἐπέραινεν οὐδέν, τεχνᾶται τὶ τοιοῦτον,
Θηρᾶται τὸν ἀδελφὸν ἀστείαις ἐπινοίαις.
Πλάττεται χάρτην ὡς αὐτοῦ δῆθεν τοῦ βασιλέως
Οἰκέτιν χαριζόμενον αὐτῇ τὴν βασιλίδα.
Δίδωσι ταύτην ἀδελφῷ, δεῖται τοῦ βασιλέως
Ἐνσημανθῆναι τὴν γραφὴν γράμμασι βασιλείοις.
Ὁ μὲν ἐπένευσεν αὐτῇ δῆθεν λιπαζομένῃ.
Καὶ καλαμὶς ἐν ταῖς χερσὶν εὐθὺς τοῦ βασιλέως,
Καὶ πορφυρόβαπτος γραφὶς τὸν χάρτην ἐπιστοῦτο.
Ἡ δὲ τῷ γράμματι σημανθὲν ὡς ἕρμαιον λαβοῦσα,
Ὡς δούλην ἀργυρώνητον εἷλκε τὴν βασιλίδα,
Τοῦ δὲ περιυβρίζεσθαι φήσαντος ἐπὶ τούτῳ,
E Ἐκείνη τὸ βασίλειον προὔφερε γραμματεῖον,
Κἀκεῖθεν ἔλεγεν αὐτὴν εἰς τοῦτο δικαιοῦσθαι.
Συνῆκε γοῦν ὁ βασιλεύς, ᾐδέσθη, κατῃσχύνθη,
Ἀπείχετό τε τοῦ λοιποῦ ταύτης τῆς ἀφροσύνης.
Καὶ τοῦτο μὲν εἰς ἀγαθὸν κατέληξε τὸ τέλος.
Ὡς ἄρα γε τρισευδαίμον καὶ μέρος εὐποτμίας
Εὔνοις ἀνθρώποις συνοικεῖν καὶ καθαρῶς φιλοῦσι,
Καὶ μὴ καταρυπαίνουσι τὰ τῆς φιλαλληλίας.
Ἔτι σκηπτροκρατοῦντος δὲ τούτου τοῦ βασιλέως,

Αφυπνισθέντες ὤφθησαν ἐξ ὕπνου μακρολέκτρου
Επτὰ καρτερικώτατοι μάρτυρες νεανίαι.
Τὴν λύσσαν γὰρ ἐκφεύγοντες τοῦ δυσσεβοῦς Δεκίου,
Εἰς σπήλαιον αὐτόροφον ὁμοῦ συνεισελθόντες
Τοῖς ὄροις παρακείμενον πόλεως Εφεσίων,
Βαθὺ καὶ μακροκοίμητον ἦσαν ὑπνῶντες ὕπνον.
Αφυπνισθέντες τότε δὲ καὶ τοῖς πιστοῖς γνωσθέντες,
Καὶ τιμηθέντες παρ' αὐτῶν καὶ παρὰ βασιλέως,
Τὸν νήγρετον κατέδαρθον καὶ τελευταῖον ὕπνον.
Σεισμῶν ἀλληπαλλήλων δὲ γῆν κινούντων ῥιζόθεν,
Καὶ συσσειόντων τὰς ψυχὰς ἀνθρώπων καὶ δονούντων,
Καὶ πλῆθος τοῦ φιλευσεβοῦς Θεὸν ἱλεουμένου,
Αἴφνη παιδίον ἁρπαγὲν μέχρις αἰθέρος ἄνω
Τὸν ὕμνον τὸν τρισάγιον ἤκουσεν ὑπ' ἀγγέλων.
Εμπαλιν δὲ κατενεχθὲν, βαβαὶ φρικτῆς ἰσχύος,
Εν μέσοις ἐξεβόησε πᾶς χθὴ τὸν ὕμνον πλέκων.
Ησαν καὶ γὰρ οἱ πρὸ πολλοῦ πρὸς τοῦτον ἐσφαλμένοι.
Οὗτος ὁ Θεοδόσιος παρὰ τοῦ Χρυσαφίου
Απατηθεὶς, καὶ πικρανθεὶς κατὰ τῆς Πουλχερίας,
Πολλαῖς πολλάκις πειρασμῶν κατέκνισεν ἀκάνθαις.
Τὴν πάσαις κατακόσμητον τῶν ἀρετῶν ἰδέαις.
Εὐνοῦχος δ' ἦν Χρυσάφιος, ἀλάστωρ, κακοήθης,
Εξάγιστος, καὶ φόνιος, καὶ βδελυρὸς τοὺς τρόπους.
Οὗ τὴν κακίαν ὁ κρατῶν ὡς ὕστερον ἐπέγνω,
Δημεύσας τὸν κατάρατον, καὶ πένητα ποιήσας,
Υπερορίᾳ χαλεπῇ παρέπεμψεν ἐνδίκως.
Ηδη δὲ χρέος τὸ κοινὸν Θεοδοσίου δόντος,
Καὶ τὸν τοῦ σώματος πηλὸν εἰς γῆν ἀποθεμένου,
Κρατήσαντος ἐν ἔτεσι τεσσαράκοντα τρισί τε,
Εἰς Πουλχερίαν τὴν καλὴν τὸ κράτος μεταβαίνει.
Η τις σοφῶς καὶ συνετῶς ἄγαν βουλευσαμένη,
Καὶ βασιλέως χρήζουσι τὰ πράγματα Ρωμαίων,
Μετακαλεῖται τὸν χρηστὸν Μαρκιανὸν αὐτίκα,
Ανδρα σεμνοῖς ἐμπρέποντα καὶ φιλοθέοις τρόποις.
Καὶ καταδήσασα φρικτοῖς καὶ βαρυτάτοις ὅρκοις
Αδιαλώβητον αὐτῆς τηρῆσαι τὴν ἁγνείαν,
Καὶ συγκατατιθέμενον εὑροῦσα καὶ τὸν ἄνδρα,
Τὸ στέφος περιτίθησιν αὐτῷ τῆς βασιλείας,
Τὸν δὲ Χρυσάφιον πικρῷ θανάτῳ καθυπάγει.
Πάντως δ' οὐκ ἄκαιρόν ἐστιν, οὐδὲ τῆς τέχνης πόρρω,
Εἰπεῖν περὶ Μαρκιανοῦ πόθεν καὶ τίς ὑπῆρχε.
Πένης μὲν ἦν καὶ ταπεινὸς, ἀλλὰ χρηστὸς τοὺς τρόπους
Οὐκ ὢν δὲ γένους εὐκλεοῦς, οὐδὲ τῶν ἐπισήμων,
Ταῖς τάξεσι συνείλεκτο ταῖς τῶν στρατευομένων.
Αρτι δὲ νέφους ἰσχυρᾶς μάχης ἀναρραγέντος,
Καὶ Πέρσαις τοῖς ὑπέρφροσι ἐπάγοντος Ρωμαίους,
Νόσῳ ληφθεὶς Μαρκιανὸς θάνατον ἀπειλούσῃ,
Εν τινι κώμῃ τῆς λαμπρᾶς Λυκίων ἐπαρχίας
Κατέμεινε σωματικῆς χάριν νοσοκομίας.
Ενθα φιλίαν ἐσχηκὼς πρός τινας αὐθομαίμους,
Συνῆν καὶ συνδιέτριβεν ὡς φίλος παρὰ φίλοις,
Καὶ τῆς δεούσης παρ' αὐτῶν πορείας ἠξιοῦτο.
Τούτοις πρὸς κυνηγέσιον ποτὲ πορευομένοις
Μαρκιανὸς συνείπετο τῆς θήρας κοινωνήσων.
Ως οὖν διάβροχοι πολλοῖς γεγόνασιν ἱδρῶσι,
Πρὸς λόφους ἀνατρέχοντες δυσβάτους θηροτρόφους,
Καὶ λόχμας ὑποτρέχοντες, καὶ πολυπραγμονοῦντες,
Κατακλιθέντες ἐπὶ γῆς νήδυμον ὕπνον ὕπνουν.
Ετερος δὲ τῶν ἀδελφῶν ἀφυπνισθεὶς ταχέως
Ορᾷ καταδαρθάνοντα Μαρκιανὸν εἰσέτι,

A terum Imperatore Theodosio rerum potiente, septem illi juvenes, martyres tolerantissimi, de somno longissimo experrecti, ac vulgo conspecti sunt. Nam ut Decii furorem evitarent, in nativam specum haud procul ab Ephesina urbe sitam sese contulerant, ibique gravi & prolixo somno consopiti quieverant. Hoc autem excitati tempore, ac fidelibus agniti simulque tam ab ipsis, quam Imperatore magno in honore habiti, rursus inexcitabili postremoque sopore correpti fuerunt. Eodem imperante quum continui terræmotus omnia passim funditus succuterent, unaque mortalium animos percellerent, accidit, ut religiosa multitudine precibus Deum placante, puer quidam subito ad ipsum usque B cælum abreptus, hymnum illum sanctissimum ab Angelis concini audiret. Deinde relatus in terram (proh vim roburque stupendum) in medio mortalium cœtu clarissima voce docuit, quo pacto hymnum illum cani oporteat. Quippe non ita pridem in eo peccatum fuerat. Hic Theodosius a Chrysaphio deceptus, & adversus Pulcheriam exacerbatus, sæpenumero multis tentationum spinis ornatam omni virtutis genere mulierem pungebat. Erat autem ille Chrysaphius eunuchus, communis hominum pernicies, improbus, impuris, sanguinariis, exsecrandis moribus: cujus nequitiam ubi deinceps Imperator cognovisset, publicatis bonis hominem C ad paupertatem redactum æquissima lata sententia solum vertere jussit. Quum autem commune debitum naturæ Theodosius persolvisset, jamque pulverem corporis in terram deposuisset: ad egregiam illam Pulcheriam Imperium pervenit. Ea vero sapienter admodum re deliberata, & animadverso, rem Romanam Imperatoris egere: mox bonum illum Marcianum arcessit, virum gravibus ac religiosis moribus illustrem, eumque sacramentis horrendis obstrictum, quibus se castitatem Pulcheriæ minime contaminaturum polliceretur (in quo sane Marcianum promptum & adsentientem reperit) Imperatoria corona exornat. Chrysaphium vero peracerba morte de medio tollit. Atque D hoc loco non intempestive fecerimus, si de Marciano memoriæ prodiderimus, unde prognatus, & quis fuerit. Nimirum pauper erat & humili quidem ortus loco, sed indole moribusque bonis præditus. Et quamquam ex celebri & illustri familia non esset, tamen consequutus fuerat, ut militum ordinibus adscriberetur. Forte accidit, ut bello inter Romanos & superbos Persas exorto, Marcianus gravi correptus morbo, qui mortem ei minitaretur; quadam in urbe illustris * Lydorum provinciæ propter debilitatem corporis subsisteret. Ibi amicitia cum fratribus quibusdam inita, familiariter apud eos vivebat, suppeditantes ipsi, quæ ad vitam sustinendam E pertinerent. Quum autem aliquando venatum exirent, eisque Marcianus se comitem venationis adjungeret: ac jam propter sudores maderent, dum hinc inde cursu conscenderent difficiles aditu colles, ferarumque lustra curiose pervestigarent: evenit tandem, ut in terram reclinatis corporibus, cum voluptate somnum caperent. Tum fratrum alter citius experrectus, Marcianum qui-

Chrysaphius eunuchus infestus Pulcheriæ.

Edit. Paris. pag. 57.

Chrysaphii exilium.

PULCHERIA Imp.

MARCIANUS Imp.

Interitus Chrysaphii.

* al. Liciorum.

dem adhuc dormientem conspicit, volucrum vero reginam explicatis alis umbram ei præbentem. Adeo magnum & augustum quiddam est Imperium, ut ipsa quoque bruta honorem ei deferant: adeo volucres etiam crudivoræ venerantur hominem, cui divinitus est concessum, ut Imperio potiatur. *Portentum.* Cernens igitur ille, quid accideret, obstupescit, fratrem excitat, prodigium ei monstrat, utrique res admirationi est. Neque multo post experrecto Marciano Imperium pollicentur, simul orantes, ut ipsorum aliquando recordaretur. Annuit ille precibus, ac vicissim utrique se benefacturum promittit. *Edit Paris. pag. 58.* Tandem auro, quantum satis esset ab eis accepto, Byzantium proficiscitur; atque ibi Ardaburium, hominem longe opulentissimum, accedit. Erat autem hic *Ardaburius & Aspar.* Ardaburius omnium copiarum Imperator, & in eo munere collegam Asparem habebat: quo cum Marcianus militatum abiit, adversus *Gizerichus Romanos vincit.* Gizerichum Africanorum Vandalorum regem. Eum quum Aspar oppugnaret terra & mari, peditum equitumque copiis, & accideret quodam tempore, ut Afri gravissimo cum impetu hostem invaderent, ac Romana phalanx fugæ se mandaret: forte Marcianus cum multis aliis vivus in hostium potestatem venit. Itaque cum commilitonibus in Gizerichi domum perductus, carceri mancipatur. Quum autem Gizerichus aliquando captivos spectare vellet, eaque de causa in sublimi regiæ parte consisteret: incredibile quiddam cernit, dormientem scilicet Marcianum, cui suis alis um- *Alterum prodigium.* bram aquila suppeditaret. Ad eam rem obstupescit, divinum hominem esse Marcianum colligit, Imperioque Romano dignum. Quamobrem immaniter se facturum statuit, si virum talem occideret, cui cælitus Imperium destinaretur. Nimirum hominem, quem robustæ Dei manus custodiunt, quis mortalium possit ante diem e medio tollere? Si fortissima Dei manus te protegat, ferrum non metues, gladium non formidabis, non ignem, non barbaros & sanguinarios animos. Itaque Gizerichus arcessitum ad se *Marciano Gizerich. parcit.* Marcianum sacramentis obstringit, quibus se polliceretur, si quidem aliquando Romanum ad Imperium perveniret, Afros bello nequaquam vexaturum. Sic & barbarus Imperium reveretur, indolesque ferina colit homines divinitus ornatos, eosque perhumaniter intuetur. Hoc modo dimissus a Gizericho, Constantinopolin revertitur: quumque terras Theodosius reliquisset, de judicio & sententia Pulcheriæ Imperator renuntiatur. Erat autem vir bonus, prudens, civilis, modestus: adeoque velut arbor ab ipsis Gratiis consita, & virtutum probitatisque quoddam quasi nemus. Posteaquam vivendi finem fecisset, Senatus una cum Aspare patricio *Leo I. Imp.* Leonis tradit Imperium, qui Asparis rationes atque negotia procurabat: quum quidem promisisset Aspari, se utrumque filium ejus Cæ-

A Καὶ φέροντα βαθύυπνον ὕπνον ἐν τοῖς βλεφάροις,
Ορνιν δὲ ταννσίπτερον ὀρνισαρᾶτιν ὄρνιν
Αεροπόρους πτέρυγας ἰδίας ἁπλωκότα,
Καὶ χαριζόμενον σκιᾶς αὐτῷ ψυχαγωγίαν.
Οὕτω τι μέγα καὶ σεμνὸν ἡ βασιλεία χρῆμα,
Αὐτοῖς ἀξιοτίμητον τοῖς ζώοις τοῖς ἀλόγοις.
Οὕτως αἰδεσιμώτατος ὄρνισι σαρκοβόροις
Ὁ πάντων ἀνάξειν Θεῷ προωρισμένος.
Βλέπει, θαυμάζει τὸ συμβὰν, τὸν ἀδελφὸν ἐγείρει,
Δείκνυσι τὸ τέρας, ἀμφότεροι θαμβοῦνται,
Καὶ τέρψαντι Μαρκιανῷ μετὰ μικρὸν ἐξ ὕπνου
Τὸ σκῆπτρον προαγγέλλουσι τῆς σκηπτροκρατορίας,
Καὶ σφῶν ἐπιμνησθῆναι λιτάζονται τὸν ἄνδρα,
B Ὁ δ᾽ ἐπινεύει, καὶ χρηστὰ καθυπισχνεῖται τούτοις.
Καὶ δὴ χρυσίον ἱκανὸν ἐκείνων δεδωκότων,
Απάρας πρὸς τὴν Βύζαντος ἐλήλακεν πόλιν,
Αρδαβουρίῳ πρόσεισι τῷ πολυχρυσωτάτῳ.
Ἦν δ᾽ ἄρχων Αρδαβούριος ἁπάντων τῶν ταγμάτων,
Συστρατηγὸν τὸν Ασπαρα καὶ συστρατάρχην ἔχων,
Μεθ᾽ οὗ καὶ συνεπέπλευσε κατὰ τοῦ Γιζερίχου,
Ἦν δ᾽ ἄρχων ὁ Γιζέριχος Λιβύων Οὐανδάλων.
Οὗ πολεμοῦντος Ασπαρος ἐκ γῆς, ἀπὸ θαλάττης,
Ἐξ ἱπποτῶν, ἀπὸ πεζῶν, ἀπὸ θαλασσοπλόων,
Καὶ στερρᾶς τῆς προσβολῆς Λιβύων γινομένης,
Καὶ τῆς Ῥωμαίων φάλαγγος ἐπὶ φυγὴν βλεψάσης,
Ζωγρεῖται καὶ Μαρκιανὸς σὺν ἄλλοις οὐκ ὀλίγοις,
C Καθείργνυταί τε σὺν αὐτοῖς ἐν δόμοις Γιζερίχου.
Θελήσας οὖν Γιζέριχος ἰδεῖν τοὺς δορυκτήτους,
Ανωθεν στὰς ἐφ᾽ ὑψηλοῦ τοὺς ἄνδρας ἐπεσκόπει,
Καὶ βλέπει πρᾶγμα δύσπιστον Μαρκιανὸν ὑπνοῦντα,
Καὶ δυσμηχάνητον αὐτῷ σκιὰν σκιαζομένην
Ὑπὸ πτερύγων ἀετοῦ. τοῦτο θαμβεῖται βλέψας.
Θεῖόν τινα λογίζεται τὸν ἄνδρα χρηματίζειν,
Καὶ τῆς ἀρχῆς κατάξιον Ῥωμαίων καὶ τοῦ κράτους.
Κτεῖναι μὲν οὖν ἀπάνθρωπον ἄνδρα τοιοῦτον κρίνει
Προβεβλημένον ἄνωθεν εἰς βασιλείας ὕψος.
Τὸν γὰρ Θεοῦ ταῖς κραταιαῖς φρουρούμενον παλάμαις
Τίς ἂν ἰσχύσειε θνητῶν ὀλέσαι πρὸ τῆς ὥρας;
Αν ἡ Θεοῦ μεγαλαλκὴς χεὶρ σε περιφρουροίη,
Οὐ δειλιάσεις σίδηρον, οὐ ξίφος ὑποτρέσεις,
D Οὐ πῦρ, οὐ θυμοβάρβαρον, οὐ μιαιφόνον ἦθος.
Μετασταλάμενος δ᾽ αὐτὸν ὅρκοις καταλαμβάνει,
Αν τῶν Ῥωμαίων ἄρξειεν, ἂν τύχοιτο τοῦ κράτους.
Οὕτω καὶ βάρβαρος ἀνὴρ αἰδεῖται βασιλείαν,
Καὶ τοὺς θεόθεν τιμητοὺς, καὶ θηριῶδες ἦθος
Σεβάζεται φιλάνθρωπον αὐτοῖς ἐπισκοπίζον.
Ἐκεῖθεν οὖν ἀπολυθεὶς ἀπὸ τοῦ Γιζερίχου
Πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν αὖθις ἐπανατρέχει,
Καὶ γῆθεν μεταλλάξαντος ἤδη Θεοδοσίου,
Αναξ ἀναγορεύεται κρίσει τῆς Πουλχερίας,
Καὶ τῶν Ῥωμαίων ἀρχηγὸς καὶ κράτωρ Αὐτοκράτωρ.
Ἦν δ᾽ ἀγαθὸς, καὶ συνετὸς, ἀστεῖος, φιλοσώφρων,
Δένδρον χαριτοφύτευτον, ἄλσος χρηστοζηλίας.
E Ἐξ δὲ καλῶς ἐν ἔτεσι τὰ σκῆπτρα διϊθύνας,
Χοῦ τὸν χοῦν παρέδωκε, τὸ Πνεῦμα τῷ Κυρίῳ.
Ὡς δὴ τὸν χοῦν ἀπῄτησεν ἡ φύσις ἀπὸ τούτου,
Καὶ μνήματι κατέκλεισε τὸ γηγενὲς σαρκίον,
Ἡ σύγκλητος σὺν Ασπαρι τῷ τότε πατρικίῳ
Εἰς Λέοντα κατάγουσι τὴν σκηπτροκρατορίαν,
Τὸν φροντιστὴν τὸν λογιστὴν τοῦ Ασπαρος πραγμάτων,

Καθυ-

Καθυποσχόμενος αὐτῷ θᾶττον τὸν υἱὸν
Τῷ στέφει τῷ τοῦ Καίσαρος τὴν κεφαλὴν κοσμῆσαι.
Οὐδὲ γὰρ ἦν τὸν Ἄσπαρα κράτους ἐπιλαβέσθαι
Τῇ λύσσῃ κατεχόμενον Ἀρείου τοῦ βεβήλου.
Οὕτω πολλάκις ταπεινοὺς ἐργάζεται τὸ κέρδος.
Οὕτως ἐλπίδες πλάττουσι τὰς τῶν ἀνθρώπων φρένας
Τούτῳ ποτὲ τῷ Λέοντι καλῶς φιλευσεβοῦντι,
Ἀνὴρ σοφίας θησαυρὸς Ἑλλήνων διεβλήθη,
Τὴν κλῆσιν Ἰσοκάσιος, κοιαίστωρ τὴν ἀξίαν.
Κἀντεῦθεν ἀπογυμνωθεὶς τιμῆς τε καὶ χρημάτων
Ἐπάρχῳ τῷ τῆς πόλεως ἐκδίδοται πρὸς κρίσιν.
Ὡς δ' οὖν εἰσήγετο γυμνὸς ὡς δοῦλος μαστιγίας,
Ὡς χειροδέσμιος λῃστὴς, περιηγκωνισμένος,
Ὁ δικαστὴς ἀνέκραγεν, ἐπεγγελῶν τῷ πάθει·
Γινώσκεις Ἰσοκάσιε, πόθεν ἐξεκυλίσθης,
Καὶ ποῦ σε νῦν κατήγαγεν ὁ κύβος ὁ τῆς τύχης;
Ὁ δὲ, σὺν παραστήματι καρδίας ἐλευθέρῳ
Εὐθίκτως ἐποιήσατο τήνδε τὴν ἀπόκρισιν.
Οἶδα τὸ πολυπλάνητον τῆς τύχης τῆς ἀστάτου.
Καὶ συνοίδα μηδὲν τινὶ καινὸν καθυποστῆναι.
Θνητὴν γὰρ περικείμενος καὶ γοηρὰν οὐσίαν
Ὑπέπεσον καὶ πάθεσι φύσεως ἀνθρωπίνης.
Σὺ δ' ἐπιγνοὺς τὸν κύλινδρον καὶ τὸν τροχὸν τοῦ βίου
Ἐξένεγκε τὴν δίκην μοι τοιαύτην κελευομένῳ,
Ὁποίαν κρίνων σὺν ἐμοὶ τὴν ψῆφον ἀπεφαίνου.
Ὄχλος οὖν ὁ παρεστὼς θαυμάσαντες τὸν ἄνδρα,
Καὶ τὴν σοφὴν ἀπόκρισιν αὐτοῦ καταπλαγέντες,
Ὡς φιλελεύθερον ὁμοῦ καὶ πλήρη παρρησίας,
Ἐκεῖθεν ἀφαρπάσαντες αὐτὸν σὺν χειροπέδαις
Εἰς τὸν ναὸν τὸν ἱερὸν μετὰ κραυγῆς εὐφήμου
Ἀπάγουσι, καὶ τῷ λουτρῷ τῷ θείῳ τελειοῦσι.
Ὡς ἄρα πᾶς τῆς ἀρετῆς τὸ χρῆμα δυσωπεῖται.
Ἀλλογενὴς, ἰθαγενὴς, Ἕλλην, ἀλλόθρους, Σκύθης.
Μόνη γὰρ δύναται κοσμεῖν τοὺς ἐραστὰς καὶ σώζειν.
Ὁ μὲν οὖν Ἰσοκάσιος ἄπο κακῶν ἐρρύσθη,
Ὁ δ' Ἄσπαρ ἐφαπτόμενος χλαμύδος βασιλείου,
Ὦ βασιλεῦ, ἐπέλεγε μεθ' ὅλης ἀναιδείας,
Οὐ χρὴ τὸν περικείμενον τὴν πορφυρᾶν χλαμύδα
Παρά τινος κατάρχεσθαι, καὶ δόλον χρηματίζειν.
Οὗτος ὁ κράτωρ θησαυρὰς εὑρὼν πολυταλάντους,
Ὅλας θαλάσσας εἴπῃ τις καὶ ποταμοὺς χρημάτων,
Πόλεμον αὐτεπάγγελτον, καὶ μάχην φρικαλέαν,
Καὶ στόλον μυριόστολον, καὶ ποντοπόρον ὄχλον,
Καὶ σμῆνος ὑγροκέλευθον, καὶ πλῆθος θαλασσόπλουν,
Κατὰ Λιβύων συγκροτεῖ καὶ κατὰ Γιζερίχου,
Καὶ στρατηγὸν ἐφίστησι κράτορα τοῦ πολέμου
Τὸν ἀδελφὸν τῆς γαμετῆς Βηρίνης Βασιλίσκον.
Ἡ στολαρχία τοιγαροῦν ἐφόβει καὶ τοὺς πόρρω,
Ἐκάλυπτε τὴν θάλασσαν τοῖς λαίφεσι τῶν πλοίων,
Ἐστενοχώρει τὴν ὑγρὰν σκάφεσιν ἁλιπλόοις.
Ἦσαν τοξόται, πελτασταὶ, ναυμάχοι, πεζομάχοι,
Ὑπὲρ τὴν ἄμμον ἡ πληθὺς, τὸ θράσος ὑπὲρ θῆρα.
Ἀλλὰ τυραννικώτατον τὸ σθένος τοῦ χρυσίου,
Ἀλλὰ δυναμικώτατον μυρίων στρατευμάτων.
Τοῦτο καὶ πόλιν εὔπυργον ἐκ βάθρων ἀνασκάπτει,
Τοῦτο καὶ δόμους ἔλυσε, τοῦτο κἀν τοῖς πολέμοις
Ὅλων ἐθνῶν ἀφανισμὸν καινοτομεῖν ἰσχύει.
Καὶ πάντα δύναται κακὸν καὶ στρέφειν καὶ συγχέειν.
Ἄφυκτόν ἐστι βέλεμνον, βάλλει κατὰ καρδίας,
Καὶ χειροδέσμη δύσλυτος, ἄρρηκτος ποδοκάκη,

*Const. Man.*

A saris dignitate cohonestaturum. Quippe fieri nullo modo poterat, ut Aspar Imperio potiretur: quod exsecrabilis Arii furori addictus esset. Sic lucrum nonnumquam homines submissos efficit: sic spes mortalium animos fingunt. Apud hunc Leonem, qui de varietate religionis recte sentiebat, quidam aliquando delatus per calumniam fuit, quasi ethnicis superstitionibus addictus esset: quum reapse foret doctrinæ ac sapientiæ quidam quasi thesaurus. Erat ei nomen Isocasius, & jam ad honorem quæsturæ pervenerat. Igitur reus dignitate ac facultatibus spoliatus, B coram urbano prætore judicio sistitur: quumque nudus ad illum deduceretur, instar servi verberonis, aut latronis colligati: judex calamitati ejus insultans exclamat in hæc verba: Jam ne agnoscis, Isocasi, unde excideris? & quo te alea fortunæ dejecerit? Ad quæ ille generoso ac libero prorsus animos respondit: Equidem fortunæ vagam inconstantiam agnosco, nec mihi quidquam accidere novi fateor. Quippe quum mortalis sim, humanæ naturæ calamitates experior. Tu vero defixis in vitæ rotam oculis, C talem fac de me sententiam feras, qualem me collega ferre consuevisti. Ad tam sapiens viri responsum, quod ingenuitatis ac libertatis plenum esset, plebs urbana perculsa & stupefacta, vinctum adhuc pedicis hominem inde abripiunt, fausta cum acclamatione sacram ad ædem deducunt, divino lavacro initiari curant. Nimirum nemini non virtus est venerabilis, sive sit peregrinus, sive incola, sive Græcus, sive diversæ a Græcis linguæ, sive Scytha. Nam hæc sola sui studiosos ornare servareque potest. Atque hoc modo Isocasius suæ saluti consuluit. Cæterum Aspar aliquando chlamyde Imperatoris prehensa, D singulari cum impudentia dixit: Non decet, Imperator, purpura vestitum mentiri, ac vana proferre. Quamobrem sta promissis, & quod dudum mihi policitus es, præsta: quum diceres, te alterum e filiis meis ad Cæsaream dignitatem atque gloriam provecturum. Ad quæ verba sapienter admodum Imperator: Non decet, inquit, purpura vestitum cujusquam Imperio servilem in modum subjectum esse. Quum autem maximos Imperator Leo thesauros nactus esset, bellum Africanis indixit, tantumque non infinitam classem adversus eos & Gizerichum regem misit: præfecto copiis Imperatore Basilisco, Verinæ conjugis E fratre. Hæc classis etiam longissime dissitis terrori erat, quippe quæ navigiis ipsum mare cooperiret, arctumque redderet. Et continebat sagittarios, cetratos, classiarios milites, pedites arenam multitudine superantes, audacia belluas. Verum enimvero violentissima vis auri est, & sexcentis exercitibus potior. Aurum enim potest urbem turribus egregie munitam de fundamentis evertere: aurum in bellis nationes integras delere potest, & omne malum inferre, conturbare, subvertere, confundere: telum est inevi-

*Edit. Paris. pag. 59.*

Isocasius sapiente responso se ab injuriis vindicat.

Asparis impudens postulatum.

Leonis responsum.

Expeditio contra Vandalos.

*Pag. 60.*

Auri vis.

rabile, quod corda petit: indissolubilis est manica, & cippus qui frangi nequit: linguam mutam maxime garrulam efficere potest, ac vicissim os clare loquens mutum reddere. Hujus ope Gizerichus Libyæ rex utens, tantam classem demergere ac abolere potuit.

*Basiliscus auro corrumpi se patitur.* Quippe multo Basiliscus auro corruptus, primus (uti convenerat) fugam arripuit: unde factum, ut res Romana subverteretur. Nimirum classem illam, quæ pariter Indos atque Britannos formidine perculerat, omnibusque per orbem terrarum nationibus terrori fuerat, solus auri splendor disperdere & abolere potuit absque manibus, absque telis, absque armis.

Hæc in Libya Romanis accidere. Cæterum hic ipse Romanorum imperator Leo, quum tantum felicitatis non fuisset adeptus, ut masculæ sobolis pater esset: filiam suam *Leo II. Imp.* Zenoni patricio, qui generis originem ex Isauria ducebat, in matrimonium collocavit. Ex ea Zenoni natus est filius Leo, cognominis avo Imperatori. Huic nepoti suo, Zenone filiaque præteritis, avus Imperium tradidit. Verum ille perexi- *Zeno Imp.* guum ad tempus Imperio degustato rabus terrenis excessit, & Zenonem patrem in Imperio successorem reliquit. Erat Zenonis in religione parum recta sententia. Quamobrem sæpe ac graviter universum gregem piorum vexabat. Id temporis variæ *Trium regum casus.* calamitates diversis in locis aliquot regibus accidere.

Cabades in Persia, Nepos in occidente, Zeno apud Romanos, Imperiis spoliati dejectique sunt. Ac Zeno quidem recuperare potuit amissum Imperium, similiterque Caba- *Basilisci seditio* des: verum insidiatricis fortunæ vicissitudo Nepotem benignis oculis non respexit. Igitur opulentissimus ille Basiliscus contra Zenonem venenum improbitatis evomuit, ac reapse Basilisco se acerbiorem declaravit. Quippe adjunctis sibi pugnacibus sociis, magno cum animi furore Zenonem in- *Edit. Parif. pag. 61.* vasit.

Ille vero metu correptus, & mente perturbata, cum Ariadna conjuge in Isauriam fugit. Etenim de vita, non opibus laborandum sibi putabat. Nimirum nihil est majoris apud homines pretii, quam vita: non regia potestas, non maria quæ- *Basiliscus Imp.* dam divitiarum & opum. Hoc modo citra laborem Basiliscus urbem ingressus, quod esset nemo, qui vetaret, imposita capiti corona Imperator renuntiatur. Enimvero accidere plerumque solet, ut Imperia non diu maneant apud illos, qui ea rapuerunt; sed avolent cito, quasique aufugiant, tamquam si paulatim dominos incipiant agnoscere. Sic ubi *ZENO iterum Imp.* solum biennium rebus præfuisset atrox ille Basilisces, Zenone revertente, grataque spe cunctos inescante, præsertim ducem copiarum Basilisci Harmatium, cujus filium se corona Cæsarea velle redimere jurabat, undique destitutus, & quid

A Δυνάται γλῶσσαν ἄφωνον τιθέναι λαλιστάτην,
Καὶ στόμα τὸ τετρανωμένον εἰς ἀφωνίαν τρέπειν.
Τούτῳ συμμάχῳ χρώμενος Γιζέριχος ὁ Λίβυς
Τὸν τηλικοῦτον ἴσχυσε καταποντῶσαι στόλον.
Ὁ Βασιλίσκος γὰρ πολλῷ φαρμακευθεὶς χρυσίῳ
Ἔβλεψε πρῶτος εἰς φυγὴν κατὰ τὰς ὑποσχέσεις.
Κἀντεῦθεν ἀνετράπησαν τὰ πράγματα Ῥωμαίοις.
Καὶ τὸν Ἰνδοὺς φοβήσαντα καὶ τοὺς ἐν Βρεττανίᾳ,
Καὶ πᾶν ἔθνος καὶ πᾶσαν γῆν στόλον τὸν φρικαλέον,
Μόνη χρυσίου στιλβηδὼν ἴσχυσεν ἀφανίσαι
Ἄνευ χειρῶν, ἄνευ βελῶν, ἄτερ ὁπλοφορίας.
Καὶ ταῦτα μὲν συνέβησαν Ῥωμαίοις ἐν Λιβύῃ.
Ὁ δὲ Ῥωμαίων βασιλεὺς οὗτος αὐτὸς ὁ Λέων,
B Οὐκ εὐτυχήσας ἄρρενος γονῆς πατὴρ γενέσθαι,
Τὴν θυγατέρα ζεύγνυσι Ζήνωνι πατρικίῳ,
Ἐξ Ἰσαυρίας ἕλκοντι τὰς ῥίζας τὰς τοῦ γένους.
Τῇ δὲ παιδὶ τοῦ Λέοντος κλῆσις ἦν Ἀριάδνη.
Ἐκ ταύτης δὲ τῷ Ζήνωνι παῖς ἄρρην ἐκυήθη
Λέων ὀνομαζόμενος ὁμώνυμος τῷ πάππῳ.
Ὅνπερ καὶ προλαβόμενος ὁ βασιλεὺς καὶ πάππος,
Καὶ παριδὼν τὸν Ζήνωνα καὶ φίλτρον θυγατρίου,
Χειρίζει τῷ θυγατριδῷ τῆς βασιλείας σκῆπτρα.
Δυσεντερίᾳ γὰρ ληφθεὶς οἴχεται σὺν τῇ νόσῳ,
Ἔτεσι δέκα πρὸς ὀκτὼ Ῥωμαίων βασιλεύσας.
Ἀλλὰ γὰρ οὗτος πρὸς μικρὸν γευσάμενος τοῦ κράτους,
Γῆθεν ἀπῆλθε τάχιον, Ζήνωνα τὸν πατέρα
C Καταλιπὼν διάδοχον τῆς αὐτοκρατορίας.
Οὗτος ὁ Ζήνων οὐ καλῶς εἶχε περὶ τὸ σέβας.
Καὶ γοῦν πολλὰς καὶ χαλεπὰς εἰσήγαγε κακώσεις
Ἅπαντι τῷ πληρώματι τῆς εὐσεβοῦς ἀγέλης.
Τότε πολλὰ παντοπαθῆ τόποις ἐν διαφόροις
Συνέπεσε παθήματα πολλῶν τῶν βασιλέων.
Καβάδης μὲν ἐν Περσικῇ, Νέπως ἐν ἑσπερίοις,
Ὁ Ζήνων ἐν Ῥωμαίοις τε πεπτώκασι τοῦ κράτους.
Ἀλλ' ὁ μὲν Ζήνων ἴσχυσε πάλιν ἐπιλαβέσθαι
Τῆς ὑψιβάμονος ἀρχῆς, ἀλλά γε καὶ Καβάδης.
Τὸν Νέπωτα δ' οὐκ ἔβλεψεν ἡμέροις ἐν βλεφάροις
Τῆς τύχης τὸ παλίντροπον τῆς ἐπιβουλευσάσης.
Ὁ γοῦν φιλοχρυσότατος ἐκεῖνος Βασιλίσκος
Καὶ κατὰ Ζήνωνος ἰὸν ἐξέχει κακίας,
Καὶ Βασιλίσκου γέγονε πικρότερος ἐν ἔργοις,
Καὶ προσεταιρισάμενος συμμάχους καὶ προμάχους
Ἐπήρχετο τῷ Ζήνωνι πυρὶ θυμοῦ καχλάζων.
Ζήνων δὲ φόβῳ συγχυθείς, καὶ σαλευθεὶς τὰς φρένας,
Σὺν Ἀριάδνῃ γαμετῇ φεύγει πρὸς Ἰσαυρίαν,
Περὶ ψυχῆς γὰρ ἔτρεχεν, ἀλλ' οὐ περὶ χρημάτων,
Ὡς ἄρα τιμιώτερον ψυχῆς οὐδὲν ἀνθρώποις.
Οὐ κράτος τὸ βασίλειον, οὐ θάλασσα χρημάτων.
Ἀπονητὶ γὰρ εἰσελθών, οὐδεὶς γὰρ ἦν κωλύων,
Τὸ στέφος περιτίθεται καὶ κράτωρ χρηματίζει.
Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἀνέχονται τὰ πράγματα πολλάκις
Συμπαραμένειν εἰς πολὺ τοῖς θέλουσιν ἁρπάζειν,
E Ἀλλὰ μεθίστανται ταχὺ καὶ φεύγουσιν ἐκ τούτων,
Ὥσπερ ἀναγνωρίζοντα σὺν χρόνῳ τοὺς δεσπότας.
Ἐπὶ δυσὶ γὰρ ἔτεσι καὶ μόνοις αὐταρχήσας
Ὁ Βασιλίσκος ὁ δεινὸς Ζήνωνος ἐπελθόντος,
Καὶ πάντας δελεάσαντος ἐλπίσι φιλοτίμοις,
Καὶ σὺν αὐτοῖς τὸν στρατηγόν, Ἁρμάτιος ἦν οὗτος,
Οὗ τὸν υἱὸν ἐπώμοσε Καίσαρος στέφει στέψαι,
Πάντοθεν ἀπορούμενος οὐκ ἔχων ὅτι δράσει,

Σὺν Ζηνωνίδι γυναικὶ θείῳ ναῷ προστρέχει.
Ὥσπερ ἐκεῖθεν ἐξελὼν ὁ βασιλεὺς ὁ Ζήνων,
Προκαταδήσας ἑαυτὸν ὅρκοις φρικωδεστάτοις,
Ὡς οὐκ ἐπάξειν φόνιον ξίφος τοῖς σφῶν τραχήλοις,
Ὑπερορίους τίθησιν ἐν ὀχυρῷ φρουρίῳ.
Ἔνθα συγκλείσας ἔν τινι πυργίσκῳ στερεμνίῳ,
Καὶ λίθοις ἀμεγέθεσι τὴν εἴσοδον προχώσας
Λιμῷ καὶ δίψει τοὺς κακοὺς κακῶς ἐξαφανίζει.
Καλῶς δὲ κρατυνόμενος αὐτῷ τὴν βασιλείαν
Τὸν μὲν Ἁρμάτιον οἰκτρῷ θανάτῳ παραπέμπει,
Προδότην δολομήχανον φανέντα τῷ δεσπότῃ.
Πληροῖ δὲ τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ τὸν ἐκείνου παῖδα
Κατακοσμεῖ τῷ Καίσαρος ὀλβιωτάτῳ στέφει.
Μετ' οὐ πολὺ κἀκείνου δὲ τὰς τρίχας ἀποκείρας
Ἐφίστησι Κυζικηνοῖς Ἀρχιερέα βίᾳ.
Τούτῳ ποτὲ τῷ βασιλεῖ προεῖπεν ἀστρολέσχης,
Ὡς τελευτᾷς μετὰ βραχὺ καὶ σοῦ τὴν βασιλείαν
Λήψεται καὶ τὴν σύνοικον ἀνὴρ ἐκ τῆς συγκλήτου.
Τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς ἀπώλεσε τοὺς πλείους
Τῶν τῆς συγκλήτου τοὺς λαμπροὺς καὶ τοὺς εὐτυχεστέρους.
Ἀλλὰ τὴν ἄμαχον ἰσχὺν τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας
Οὐδεὶς ἰσχύσει γηγενὴς ἄπρακτον ἀπελέγξαι.
Ζήνων μὲν γὰρ ἐν ἔτεσι δέκα τῆς βασιλείας
Πρὸς ἄλλοις ἓξ ἐκράτησεν, εἶθ' ἡρπάγη θανάτῳ.
Ὡς γὰρ ὁ Ζήνων ἔλιπε τὸν βίον καὶ τὸ στέφος,
Εἰς Ἀναστάσιον φοιτᾷ τὸ τῶν Ῥωμαίων κράτος,
Ὃς Δίκορος ἐλέγετο, τὴν γὰρ ἑτέραν κόρην
Ἔτυχεν ἔχων μέλαιναν, γλαυκόχροιαν δὲ τὴν ἄλλην.
Ὡς Ἀριάδνῃ συζυγεὶς τῇ πρώτῃ βασιλίδι,
Καὶ δόξας εὐνομώτατος εἶναι περὶ τὸ σέβας,
Μετὰ μικρὸν ἀνέρρηξε τὸν τῆς κακίας τόκον,
Καὶ πᾶσαν κακοήθειαν ἐξελήνεγκεν εἰς μέσον.
Ἦν γὰρ ἀρχῆθεν σπέρματα κατὰ καρδίας ἔχων
Τῆς δυστυχοῦς αἱρέσεως τῆς παναλιτηρίας.
Ἐντεῦθεν λαῖλαψ ζοφερὰ καὶ καταιγὶς ἀγρία,
Καὶ κλύδωνες βαρύθροοι, καὶ ζάλαι, καὶ χειμῶνες
Τὸ σκάφος συνεδόνησαν τὸ τῆς ὀρθοδοξίας.
Ἐντεῦθεν οἱ φιλευσεβεῖς Ἀρχιερεῖς ἐκ θρόνων
Ἰδίων ἀπηλαύνοντο δίκην λῃστῶν κακούργων.
Ἐντεῦθεν ἦσαν συνεχεῖς ὀλολυγμοί, καὶ θρῆνοι,
Πάντη βοαί, καὶ στεναγμοί, πάντη στερνοκτυπίαι.
Τὸ πλῆθος δὲ τῶν εὐσεβῶν τοσαύτην κακίαν βλέπον.
Ἐνύβριζον τῷ κράτορι καὶ κατελοιδορεῖτο.
Οὕτως οὐκ οἶδεν εὐσεβὴς αἰδεῖσθαι βασιλέας,
Ὅταν πρὸς τὴν εὐσέβειαν κίνδυνος ἀνατρέχῃ,
Οὐδὲ λαμβάνει πρόσωπον, οὐδὲ δυνάστας τρέμει.
Ὁ τοίνυν Ἀναστάσιος προθυμηθεὶς προσθεῖναι
Τοῦ δυσσεβείας τὸν ἰὸν ὕμνῳ τῷ τρισαγίῳ,
Καὶ πᾶν τὸ πλῆθος κατιδὼν εὐθὺς ἀφηνιάσαν,
Καὶ λιθασμοῖς ἐκ τοῦ ναοῦ τὸν ἔπαρχον ἐλάσαν,
Καὶ πυρπολῆσαν δυσσεβῶν οἰκίας μεγιστάνων,
Καὶ κατασφάξαν τοὺς πολλοὺς ὑπασπιστὰς τῆς πλάνης,
Ἑκὼν ἄκων ἔληξε τῆς ῥύμης καὶ τῆς τόλμης,
Ὡς ἵππος τὶς σκληρόστομος ἀσθμαίνων ὑπὸ θράσους,
Καὶ δαμασθεὶς ἂν χαλινοῦ γεύσηται θρασυτέρου.
Οὗτος καθεύδων ἔδοξεν ἰδεῖν κατὰ τοὺς ὕπνους
Ἄνδρα φρικώδη φέροντα χάρτην ἐν ταῖς παλάμαις,
Καὶ τοῦτον ἀναπτύξαντα καὶ τὴν Ἀναστασίου
Κλῆσιν εὑρόντα πρὸς αὐτὸν φάναι σὺν αὐστηρίᾳ.
Τὴν μὲν δυσσέβειαν Θεὸς ἰδὼν τοῦ Ἐζεκίου

Const. Man.

A ageret ignorans, una cum uxore Zenonide; divinam ad ædem confugit. Inde avulsi a Zenone, qui maxime horribilibus sacramentis semet obstrinxerat, & pollicitus fuerat, nequaquam se gladio cervices eorum recisurum, in munitum quoddam castellum relegantur. Deinde firmam in turrim occlusi, adituque saxis ingentibus obsepto, fame ac siti homines mali male pereunt. Secundum hæc Zeno præclare confirmato Imperio, morte quidem mulctat Harmatium, qui fraudulentum se proditorem heri sui declarasset: simul autem promisso satisfacit, ejusque filium Cæsarem renunciat.

*Harmatii proditoris pœna.*

B Verum non multo post resectis ejus crinibus illum per vim Cyzicenorum Pontificem facit. Huic Imperatori prædixit aliquando quidam astrologus, futurum ut ipse paulo post vita decederet, & conjugem ejus una cum Imperio vir quidam senatorii ordinis acciperet. Hoc intellecto, complures Imperator Senatores, præsertim illustres & opulentos, e medio sustulit. Verum inexpugnabilem divinæ providentiæ vim nemo mortalium umquam coarguere ceu vanam & inefficacem poterit. Quippe quum Zeno sedecim annos regnasset, C moritur. Cum autem vitam cum corona reliquisset, Imperium Romanum ad Anastasium pervenit, cognomento Dicorum. Nam e pupulis oculorum unam quidem nigram, alteram vero albam habebat.

*Astrologi prædictio.*

*Anastasius Imp.*

Hic cum Ariadna nuper Imperatrice matrimonium contraxit, & visus initio rectam de veritate religionis sententiam fovere, non multo post improbitatis fœtum in lucem edidit, omnemque nequitiam suam in medium protulit. Quippe latebant in ejus animo semina sectæ Eutychis illius perniciosissimi. Hinc ergo caliginosa tem- D pestas, & immanis procellæ rectæ doctrinæ navim succussit: hinc pii pontifices suis ex thronis instar maleficorum latronum expellebantur: hinc sequuti ululatus, & continuæ lamentationes: ubique quiritationes, gemitus, planctus. Piorum vero cœtus quum tantam improbitatem cerneret, Imperatorem contumeliis adfectum insectabatur. Nequit enim vir pius Imperatorem revereri, quum ipsa religionis pietas in discrimen adducitur: personas non respicit, nec potentia subnixos formidat. Igitur Anastasius venenum impietatis apponere volens hy- E mno sanctissimo, posteaquam vidit universam multitudinem non Imperium detrectare, quum quidem lapidibus e templo prætorem exegisset, impiorum procerum ædibus ignem injecisset, complures erroris propugnatores interfecisset: volens nolens de impetu audaciaque remisit, non aliter atque duri oris equus, anhelans præ ferocia, si frænum durius sentiat, perdomatur. Visus est autem aliquando per quietem videre virum adspectu perquam horribili, qui chartam manibus teneret, eaque aperta, & Anastasii nomine invento, severe ipsum verbis hujusmodi compellaret: Deus Ezeciæ quidem

*Edit. Paris. pag. 62.*

*Anastasii visum nocturnum.*

pietate conspecta, vitam ei longiorem concessit, promissa insuper ex hostibus liberatione: tuam vero nequitiam & prophanitatem abominatus, certo vitæ tuæ tempus præcidit, quatuordecim annos initulit. His dictis, annos illos quatuordecim ex charta delevit. Quapropter exitiali plaga percussus Imperator, & fulmine tactus, vivendi finem fecit. Quumque jam conclusus esset in sepulcro, post dies aliquot de ipsa terra & sepulcro ejulatum & lamentationes acerbas ex anxietate cordis emittebat, quibus commiserationem custodum implorabat, utque se de sepulcro educerent, obsecrabat. Illis respondentibus, alium nunc Imperatorem rerum potiri, vicissim subjiciebat: Nihil hoc ad me pertinet, saltem mihi triste sepulcrum hoc aperiatur, ut dulcem solis luciferi lampadem adspiciam. Verum nullus erat, qui ejus commiseratione tangeretur. Quippe malis etiam in morte homines universi succensent. Non multo post accidit, ut sepulcrum aperiretur & infelix cadaver omnibus ostenderetur, spectaculum sane miserum, & lacrymis dignum. Inventus est enim pedum suorum digitos una cum lacertis devorasse. Sunt tamen nonnulli, qui hæc Zenoni accidisse tradant. Nam illum ajunt frequenter morbo comitiali laborasse, ac mortuum aliquoties creditum, rursus revixisse. Atenim non omnia in hominibus mala sunt, sed pessimis interdum optima quædam miscentur. Quippe tametsi Anastasius Imperator se prophanum & impium hominem declaraverit, tamen plantam quamdam ex universa ditione Romana exstirpavit, cujus tam amari fructus erant, & radix lethifera: ut si quidem religionis offendiculum instar crassæ nubis ejus luminibus non officisset, hoc unum facinus præclatum omnes ipsius sordes & impuritates abolere potuerit, omniaque viri saniosa vulnera tamquam præsens remedium sanare. Nimirum ornabat improbissimum hominem abolitio perpetua cujusdam exactionis fraudulentæ, quam publicani Chrysargyrum (quasi dicas aurargentum) nuncupabant. Quid autem, & quale fuerit illud, lubet exponere. Omnes viri, mulieres, puellæ, pueri, infantes, mendici, liberti, servi, liberi, nomine stercoris, & urinæ, fisco nummum argenteum pendebant. Idem onus etiam jumentis impositum erat, bobus scilicet, mulis & equis. Pro quolibet autem cane ac asino sex folles numerabat is, qui canis asinive dominus esset. Anastasius ergo reveritus intercessiones atque preces nonnullorum solitariam religiosamque vitam agentium, tantum onus & piaculum abolevit, germine turpis lucri radicitus evulso, & igni tradito. Postea vero, quam malus Anastasius mala morte periisset, citra sanguinem potitus Imperio primus hujusce nominis Justinus. Quippe quum ab Amantio præposito

Anastasii cruciatus in sepulcro.

Edit. Parif. pag. 63.

Unicum Anastasii præclarum facinus.

Chrysargyri abolitio.

JUSTINUS I. Imp.

A Ἐπεφιλοτιμήσατο ζωὴν χρονιωτέραν,
Καὶ λύτρωσιν ἐκ τῶν ἐχθρῶν, καὶ πλατυσμὸν τοῦ βίου.
Σοῦ δὲ κακίαν μυσαχθεὶς καὶ βεβηλοτροπίαν,
Ἐκκόπτων ὑπεξέκοψε τοὺς χρόνους τῆς ζωῆς σου,
Καὶ χρόνους ἐκολόβωσε τέσσαρας πρὸς τοὺς δέκα.
Καὶ ταῦτ' εἰπὼν ἀπήλειψε τούτους ἀπὸ τοῦ χάρτου.
Μάστιγι γοῦν ὁ βασιλεὺς βληθεὶς ὀλεθροφόρῳ,
Καὶ κεραυνόβλητος φανεὶς μετήλλαξε τὸν βίον,
Ἔτεσι πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἑπτὰ σκηπτροκρατορήσας.
Τῷ τάφῳ δὲ κατακλεισθεὶς μετὰ τινὰς ἡμέρας,
Ὀλολυγὴν ἀνέπεμπε κάτωθεν ἐκ τοῦ τάφου,
Καὶ στεναγμὸν περίπικρον ἐκ στενοχῆς καρδίας,
Ἔλεον ἐκκαλούμενος ἀπὸ τῶν φυλαττόντων,
B Καὶ λιπαζόμενος αὐτοὺς ἐκεῖθεν ἀναχθῆναι.
Τῶν δὲ φησάντων ἕτερον κράτορα χρηματίζειν,
Ἐκεῖνος ἀνθυπέλεγεν, οὐδείς μοι τούτου λόγος,
Μόνον ἐξανοιγέσθω μοι τὸ κατηφὲς μνημεῖον,
Ὡς τὴν γλυκεῖαν ἴδοιμι λαμπάδα τοῦ φωσφόρου,
Ἀλλ' ἦν οὐδεὶς ὁ συμπαθῶν οὐδ' ἐπικτείρων τοῦτον,
Τοῖς γὰρ κακοῖς κἂν πλανήσῃ πάντες ἐπεγκοτοῦσι.
Συνέβη δὲ μετ' οὐ πολὺ τὸν τάφον ἀνοιγῆναι,
Καὶ τὸν νεκρὸν τοῦ δυστυχοῦς πᾶσιν ἐκκαλυφθῆναι
Ἐλεεινόν τι θέαμα κατάξιον δακρύων.
Εὑρέθη γὰρ καταφαγὼν τοὺς τῶν ποδῶν σανδάλους,
Καὶ τοὺς βραχίονας αὐτοῦ καθάπερ ἀλλοτρίους.
Τινὲς δὲ Ζήνωνι φασὶ συμβῆναι τὰ τοιαῦτα.
C Πολλάκις γὰρ νοσήματι συνείχετο κατόχῳ,
Καὶ θνήσκειν νομιζόμενος αὖθις ἦν ἐν τοῖς ζῶσι.
Ἀλλ' οὐ γὰρ πάντα τὰ κακὰ πρόσεισι τοῖς ἀνθρώποις,
Ἀλλὰ συγκρίνονται ποτὲ καὶ βέλτιστα κακίστοις.
Βέβηλος γὰρ καὶ δυσσεβὴς οὗτος φανεὶς ὁ κράτωρ
Ὅμως ἐξώρυσσε φυτὸν γῆς πάσης Ῥωμαΐδος,
Οὗ καὶ καρποὶ πικράζοντες, καὶ θανατὸς ἡ ῥίζα.
Ὡς εἴγε μὲν τὸ πρόσκομμα τὸ περὶ τὴν θρησκείαν
Ὥσπερ παχὺ καὶ θολερὸν ἀντεπεσκόπει νέφος.
Τοῦτο καὶ μόνον τὸ καλὸν ἴσχυσεν ἂν συγκρύψαι
Τὰς ὅλας ῥυπαρότητας καὶ τὰς ἀκαθαρσίας,
Καὶ πάντας τοὺς τραυματισμοὺς τοὺς ἰχωροδεκτάτους,
Καθάπερ ἀλεξίκακον φάρμακον θεραπεῦσαι.
D Ἦν δὲ τὸ περικόσμημα τοῦ παρανομωτάτου
Ἡ πρόρριζος ἀναίρεσις εἰσπράξεως κιβδήλου,
Ἣ λέγεται χρυσάργυρον ἀνδράσι φιλολόγοις.
Τί δὲ καὶ ποῖον τὸ τεχθὲν ὁ λόγος ἱστορήσει.
Ἅπας ἀνήρ τε, καὶ γυνή, παῖς, κόρη τε, καὶ βρέφος,
Προσαίτης, ἀπελεύθερος, οἰκέτης, οὐκ οἰκέτης,
Ὑπὲρ συμβολῆς κοπρηροῦ καὶ δυσοσμίας οὔρου,
Ἓν ἐξ ἀργύρου νόμισμα παρεῖχε τῷ ταμείῳ,
Τουτὶ δὲ καὶ τοῖς κτήνεσιν ἐπέκειτο τὸ βάρος.
Βουσί, τοῖς ἡμιόνοις τε, καὶ μέντοι καὶ τοῖς ἵπποις.
Ὑπὲρ ἑκάστου δὲ κυνός, ὑπὲρ τῶν ὀναρίων,
Ἓξ φόλλεις κατεβάλλετο τοῦ κτήνους ὁ δεσπόζων.
Ὁ τοίνυν Ἀναστάσιος δυσωπηθεὶς ἐντεύξει
E Ἀνδρῶν μονήρη καὶ σεμνὸν μετερχομένων βίον,
Τοσοῦτον ἄχθος ἤλασε καὶ τηλικοῦτον μύσος,
Προθέλυμνον τὸ βλάστημα τὸ τῆς αἰσχροκερδίας
Ἐξανασπάσας καὶ πυρὶ δοὺς ἀφανιστηρίῳ.
Ἐπεὶ γοῦν Ἀναστάσιος ᾤχετο κακηκάκως,
Ἀναιμωτὶ χειρίζεται τοὺς οἴακας τοῦ κράτους,
Καὶ σκῆπτρον τὸ βασίλειον ὁ νέος ὁ Ἰουστῖνος.
Λαβὼν γὰρ ὡς φασι πολὺν χρυσὸν ἐξ Ἀμαντίου,

Ὑπῆρχε δὲ πραιπόσιτος Ἀμάντιος ἐκεῖνος,
Καὶ κελευσθεὶς τοῖς τάγμασι τοῦτον καταχρεῶσαι,
Ὡς ἂν περιποιήσαιτο τὸ κράτος Θεοκρίτῳ.
Τῷ κοινωνοῦντι τοῦ αὐτοῦ αἵματος Ἀμαντίῳ,
Ἐκ τῶν ὀθνείων ἑαυτῷ κτᾶται τὴν βασιλείαν,
Πριάμενος, τὸ κέρδιστον, χρήμασιν ἀλλοτρίοις·
Οὕτω πᾶσιν ἐπέραστος ἡ σκηπτροκρατορία,
Κἀνταῦθα μόνον ἄδικον οὐδείς τι κατοκνήσει,
Κἂν ἐν τοῖς ἄλλοις δίκαιος εὑρίσκετο καὶ σώφρων.
Ἦν δ' εὐσεβὴς καὶ φιλευχὴς ὁ γέρων Ἰουστῖνος,
Τῷ ζήλῳ δὲ πυρούμενος τῆς εὐσεβοῦς θρησκείας
Τοῖς Μανιχαίοις ἄσπονδον πόλεμον ἐπανῆψε.
Καὶ διωγμὸν βαρύτατον τῶν μνημονευομένων
Τοῖς συντηροῦσι τοὺς λυγροὺς λήρους τοῦ Νεστορίου,
Τῆς βασιλείας τοιγαροῦν κρατεῖ χρόνους ἐννέα.
Ὡς δὲ καὶ τοῦτον φέροντα πάχος θνητοῦ σαρκίου
Ἐχρῆν τὸ χρέος τῆς θνητῆς φύσεως ἀποδοῦναι,
Καὶ πρὸς τὸν Ἰουστινιανὸν τὸ κράτος μεταβαίνει,
Τὸν τοῦ ναοῦ δομήτορα τινὸς τοῦ τετραμεγίστου,
Τὸν μεγαλοπρεπέστερον ἁπάντων τῶν προτέρων,
Ὃς ἀδελφόπαις γνήσιος ὑπῆρχεν Ἰουστίνου.
Οὗτος δ' εὐθὺς ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῆς αὐτοκρατορίας
Πόλεμον διεκρότησε κατὰ τῶν Οὐανδίλων.
Καὶ τοῦ ῥηγὸς Γελίμερος ὡς τυραννικωτάτου.
Φιλίαν γάρ τοι καθαρὰν καὶ πρώτης βασιλείας
Πρὸς τὸν Ὑλδέριχον πλουτοῦν τῶν Οὐανδίλων ῥῆγα,
Καὶ γράμματα δεξάμενος ὡς ὁ σκαιὸς Γελίμερ
Ἐπαναστήσας κατ' αὐτοῦ καὶ κατακλείσας ἔχει.
Αὐτὸν δὲ τὸν Ὑλδέριχον καὶ γαμετὴν καὶ τέκνα,
Καὶ τὴν ἀρχὴν ἀφέλοιτο σύμπασαν Ὑλδερίχου,
Ταῦτα μαθὼν ὁ βασιλεὺς, πληγείς τε τὴν καρδίαν,
Καὶ μέγα παθηνάμενος ὑπὲρ τοῦ δυσπραγοῦντος,
Στόλον κατὰ Γελίμερος μυριάνδρον ἐκπέμπει,
Στολάρχην δὲ καθίστησι καὶ στρατηγὸν τῆς μάχης
Τὸν μέγαν Βελισάριον τὴν τῶν Ῥωμαίων χεῖρα,
Τὸν πάντας ἀποκρύψαντα στρατάρχας φαλαγγάρχας
Ἐπὶ στερρότητι φρενῶν ἐπ' ἀριστοβουλίαις.
Ὃς συλλεξάμενος πληθὺν ναυμάχων, πεζομάχων,
Ψιλοὺς, ἐνόπλους, πελταστὰς, ἱππότας, σφενδονίτας,
Ἐθέλοντας καὶ σπεύδοντας αὐτῷ προκινδυνεύειν,
Καὶ βίας ἀπεχομένους ἀδίκων ἁρπαγμάτων,
Καὶ πάντας ἔχεσθαι ποιῶν τῆς δικαιοπραγίας,
Πᾶσαν κατετροπώσατο Λιβύων φιλαρχίαν,
Καὶ τράχηλον τὸν ἄκαμπτον ἔκλινεν Οὐανδίλων,
Ὡς τῶν αὐτῶν τῶν δυσμενῶν Λιβύων προχωρούντων,
Καὶ σπουδαζόντων ἄρχεσθαι παρὰ Βελισαρίου.
Οὕτω τι πρᾶγμα δύσμαχον ἡ δικαιοπραγία πέλει,
Καὶ φίλους οἶδε καθιστᾶν τοὺς πρώην μισουμένους,
Ἐφέλκεταί τε τοὺς ἐχθροὺς σίδηρον μαγνῆτις,
Δεῖγμα χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τρόπου φιλανθρώπου.
Ἥρπασέ τις τῶν τοῦ στρατοῦ κατοικιδίαν ὄρνιν.
Ἤγειρε θρῆνον ὁ μὴ καλῶς ἀφαιρεθεὶς τὴν ὄρνιν.
Ἤκουσε Βελισάριος, ἤχθέσθη τῷ συμβάντι,
Ἀνεῦρε τὸν δυσάρπαγα, τῷ ζήλῳ δ' ὑπερζέσας
Δεινὴν εἰσπράττεται ποινὴν ὑπὲρ μικροῦ μεγάλην,
Κελεύει γὰρ τὸν ἄθλιον ἀνασκολοπισθῆναι,
Καὶ ταύτην δίκην ὑποσχεῖν τῆς φιλαδίκου γνώμης.
Εἰ γὰρ καὶ προσεφέρετο τοῖς ὄχλοις φιλανθρώπως,
Καὶ μέλιτι γλυκάζοντι τοὺς λόγους συνεκίρνα.
Ἀλλ' ἤδη καὶ πικράζοντα ποτὲ παραμιγνύειν

A magnas pecuniae summas accepisset, easque jussus esset in militum ordines erogare, ut Theocrito Imperium occuparent, qui Amantii consanguineus erat: alienis opibus sibimet Imperium acquisivit, rem longe fructuosissimam aere alieno mercatus. Sic nimirum omnes Imperium adfectant, nec quisquam est, qui heic injustus esse vereatur, quamvis in rebus aliis se justum ac moderatum declaret. Erat autem Justinus hic senior tum pius, tum prudens: & religiosae pietatis zelo flagrans, perpetuum cum Manichaeis bellum gerebat. Idem gravissimam omnium, quae litterarum qui-
B dem monumentis proditae sint, persequutionem adversus illos instituit, qui putida Nestorii deliria sectabantur. Quum autem & ipsi debitum naturae persolvendum esset, ad Justinianum, supra Imperatores priores magnificum, Imperium pervenit: qui templum illud longe maximum condidit. Natus erat ex Justini sorore, statimque sub initium Imperii bellum adversus Vandilos, & regem eorum Gelimerem, longe crudelissimum, movit. Nam quum magno, eoque candido, amore Vandilorum regem Hindericum etiam antea complecteretur, quam Imperium
C nactus fuisset, ac jam litteris certior factus esset, improbum Gelimerem seditione mota Hinderichum cum uxore ac liberis inclusum loco quodam habere, ac regnum ei totum ademisse: perturbatus animo, vehementerque casu amici adverso commotus, classem infinitis instructam copiis contra Gelimerem misit, eique ceu belli ducem praefecit magnum illum Belisarium, ipsam Romanorum manum: qui omnes Imperatores copiarumque duces animi constantia & praeclarissimis consiliis superavit. Belisarius accepto Imperio, quum
D classiarios, pedites levis & gravis armaturae milites, cetratos, equites, funditores, qui pro eo lubenter se periclitaturos profiterentur, collegisset: simul ab injustarum direptionum vi prorsus abstineret, omnesque consuefecisset, ut aequi observantes essent: Libyam universam occupavit, & cervices Vandilorum, quae hactenus flecti nequiverant, inflexit: ipsismet Afris ad eum deficientibus, & optam dantibus, ut a Belisario regerentur. Nimirum invicta res est justitia, quae prius infestos potest amicos reddere, ac hostes perinde attrahit, ut magnes ferrum. Exemplum bonitatis & humanitatis ejus erga subditos hoc esse potest.

E Quidam miles avem domesticam rapuerat. Ea qui per injuriam spoliatus erat, clamorem tumultuarium tollit. Quo quidem Belisarius audito, factum illud molesto tulit animo: militem rapinis deditum perquirendo reperit: ardentius excandescens, poenam pro delicto non magno atrocem & gravem in eum statuit: quippe miserum in crucem agi jussit, atque hoc supplicii genus propter animum injuriae cupidum perpeti.

Quamvis enim a natura sic comparatus erat, ut perhumaniter cum hominibus ageret, dulcique melle verba sua temperaret: tamen idem

*Amantius & Theocritus spe sua excidunt.*

*Edit. Paris. pag. 64.*

*Manichaeos & Nestorianos Justinus persequitur.*

*Justinianus Magn. Imp.*

*Bellum contra Vandilos.*

*Res a Belisario gestae.*

*Belisarii severitas in castiganda militum licentia.*

*pag. 65.*

*Humanitas severitate diluenda.*

norat, experientes & claros in arte sua medicos solere nonnumquam amara miscere. Atque hoc facto consequutus est, ut ingens quidam pavor exercitum invaderet, militumque corda metus constringeret: Libyca vero natio, Romanis infesta, Belisarium amare occipere, ac ducem hunc instar alicujus Dei laudibus vulgo prosequeretur. Hinc castellis munitissimis, & omnibus claris urbibus potitus est. Tunc

*Carthaginis occupatio.*

& urbs opulenta Carthaginensium portas aperuit: omnes enim toto pectore Belisarium, ceu patrem liberi, diligebant. Quum autem in regia Gelimeris Carthaginensi maximas opes atque pecunias reperisset, hæc ipsa spolia perquam liberaliter in militem distribuit. Quumque sæpius acie congressus esset adversus Gelimerem, Libyæ campos sanguine tinxisset, gladios suorum cruentasset, hostium cadaveribus terram cooperuisset: tandem post multa prælia, cædes, invasiones hostiles, pugnas equestres, hastarum infractiones, scutorum collisiones, ipso

*Gelimer Vandalus cum suis capitur.*

Gelimere cum uxore ac liberis habitu miserabili captis, ex Africa victoriis infinitis potitus dux optimus solvit.

Justinianus autem Romanorum Imperator vicem ei rerum præclare gestarum referens, tam aureis quam argenteis in nummis armatum cum gladio evaginato sculpi curavit, & triumphum decrevit; in quo Gelimer ante ipsum incedebat. Ejusdem impetum virilesque animos Chosroes quoque Persarum princeps extimuit. Nam cum hoc etiam præliis acerrimis congressus, tantopere terruit hostem, ut Chrosroes pacem, quam bellum, mallet. Idem Romam urbium principem,

*Belisarius Romam Gothis eripit.*

Romam dico veterem, Romanis recuperavit, quum a Gotthis capta foret: quorum etiam regem potentissimum maximeque terribilem, vivum in potestatem redegit, ac pedicis constrixit. Ipsum Impera-

*Belisarius Imperium Justiniano conservat.*

torem denique, de vita & Imperio misere periclitantem, de seditiosæ plebis manibus eripuit. Quippe fæx plebis curulium ludorum certaminumque tempore vocibus indignis Imperatorem exagitabat, & immoderata garrulitate nugas ei quasdam objiciebat.

*Edit. Paris. pag. 66.*

Tandem minora mala majoribus cumulans, Hypatium patricium, virum illustrem, ejus Anastasii propinquum, qui non ita pridem regnaverat, Imperatorem salutabat. Heic vero Belisarius excandescere, seipsum cohortari ad fortitudinem, nudato gladio, cum satellitibus, & eximio viro Narse, leonis in morem proruere mediam in hominum turbam, stultique populi examen non aliter dissipare, ac Moses Madianitas, Chettæos Jesus prostravit. Quum denique gladium sanguine satis inebriasset, deprehensum est hominum ad triginta millia cecidisse: quo facto jucunda hilaritas in mœ-

A Κατὰ δοκίμους ἰατροὺς καὶ πολυπειροτέρους.
Ἐντεῦθεν τῇ μὲν στρατιᾷ φόβος ἐπῆλθε μέγας,
Καὶ δέος ἐκρυστάλλωσε τοῦ πλήθους τὰς καρδίας.
Ἐκ δὲ Λιβύων τῶν ἐχθρῶν ἀγάπη προσετέθη,
Καὶ πάντες ἴσα τῷ Θεῷ τὸν στρατηγὸν εὐφήμουν.
Ἐντεῦθεν ὑπεχείρωσε τῶν ἐρυμνῶν φρουρίων,
Καὶ πάσης πόλεως λαμπρᾶς εὐπύργου στερροτείχου.
Αὐτό τε τὸ τρισευδαίμον ἄστυ Καρχηδονίων
Τὰς πύλας ἀνεπέτασεν, ἅπαντες γὰρ ἐκ θύμου
Ἐφίλουν Βελισάριον οἷα πατέρα παῖδες.
Εὑρὼν δὲ τὰ βασίλεια Γελίμερος ἐκεῖσε,
Πλούτου θαλάσσας ἐξήντλησε καὶ ποταμοὺς χρημάτων,
Καὶ τῷ στρατῷ διένειμε τὰ σκῦλα φιλοτίμως.
B Αὐτῷ δὲ τῷ Γελίμερι συμμίξας πλεονάκις,
Καὶ λυθροφύρτους θέμενος Λιβύης πεδιάδας.
Καὶ πᾶσαν αἱματόβαπτον ῥομφαίαν ἀναδείξας,
Καὶ τῶν βαρβάρων τοῖς νεκροῖς τὴν γῆν κατακαλύψας,
Φανεῖσαν σωματόστρωτον ἐκ τῶν ἀναιρουμένων,
Μετὰ πολλὰς τὰς συμβολάς, καὶ τὰς ἀνδροκτασίας,
Μετὰ πολλὰς τὰς συμπλοκὰς καὶ τὰς ἱππομαχίας,
Καὶ τὸν δοράτων τὸν θραυσμόν, καὶ συντριβὴν ἀσπίδων,
Τέλος αὐτὸν Γελίμερα καὶ γαμετὴν καὶ παῖδας
Ἐλεεινοῖς ἐν σχήμασι λαβὼν δοριαλώτους,
Ἐκεῖθεν μυριόνικος ἀνέζευξε στρατάρχης,
Στρατάρχης ἀριστόνικος νίκαις πολλαῖς ἐμπρέπων,
Ὃν ἀμειβόμενος καλῶς αὐσονοκράτωρ ἀράτης,
C Ἰδίοις ἐν νομίσμασι χρυσέοις ἀργυρέοις
Ὁπλίτην ἐνεχάραξε ῥομφαίας ἐσπασμένον,
Καὶ θρίαμβον ἡτοίμασε τῷ τρισαριστεργάτῃ,
Ἐν ᾧ προπορευόμενος ἐν αὐτῷ καὶ Γελίμερ.
Ἔφριξε τούτου τὴν αἰχμὴν Χοσρόης ὁ Περσάρχης,
Καὶ τὸ μεγαλεπίβουλον καὶ τὰς ἀνδρώδεις φρένας.
Καὶ τούτῳ γὰρ συνέμιξεν ἰσχυρομάχους μάχας,
Καὶ τόσον κατέπτηξεν, ὅσον θέλειν Χοσρόην
Εἰρήνην ἀνταλλάξασθαι πολέμου ἀνδροφθόρου.
Καὶ Ῥώμην τὴν πρωτόπολιν τὴν παλαιτάτην Ῥώμην,
Ῥωμαίοις ἀνεσώσατο Γότθων χερσὶν ἁλοῦσαν.
Ὃν καὶ τὸν ῥῆγα τὸν πολὺν τὸν μέγαν τὸν φρικώδη
Ζωγρήσας σιδηρόδετον εἶχεν ἐν χαλκοπέδαις.
D Αὐτόν τε τὸν αὐτάνακτα μέλλοντα κινδυνεύειν,
Καὶ τὴν ζωὴν καὶ τὴν ἀρχὴν ἀθλίως ζημιοῦσθαι,
Μέσον ἀφήρπασε χειρῶν τοῦ στασιώδους ὄχλου.
Τὸ γὰρ δημοτικώτερον τοῦ πλήθους στασιάσαν
Ἡνίκα συζευγνύουσιν ἵππους ἁρματοστρόφους,
Καὶ δρόμους ἐρεθίζουσι πρὸς ἁμιλλητηρίους,
Βοὰς ἀφῆκε κατ' αὐτοῦ δυσφήμους τοῦ κρατοῦντος,
Καὶ φλύαρον ἀπέπτυσεν ἀπεραντολεσχίαν.
Κακοῖς κακὰ δὲ προστιθὲν ἐλάττοσι τὸ μεῖζον.
Καὶ πρότερα προβάλλεται, δείκνυσιν αὐσονάρχην,
Πατρίκιον Ὑπάτιον ἄνδρα τῶν ἐπισήμων,
Ἀναστασίῳ προσγενῆ τῷ βεβασιλευκότι.
E Ἐνταῦθα Βελισάριος πιμπρᾶται τὴν καρδίαν,
Ἀνδρίζεταί τε κραταιῶς καὶ σπᾶται τὴν ῥομφαίαν,
Καὶ δορυφόροις σὺν πολλοῖς ἀλκίμοις ὑπερθύμοις,
Καὶ τῷ Ναρσῇ τῷ δεξιῷ καὶ στρατηγικωτάτῳ,
Ὡς λέων θρασυκάρδιος εἰσέπεσεν εἰς μέσους,
Καὶ τοῦ μωραίνοντος λαοῦ συνέτριψε τὸ σμῆνος,
Ὡς ὁ Μωσῆς τὸν Μαδιάμ, ὡς Ἰησοῦς Χετταίους,
Ἐμέθυσε τοῖς αἵμασι τὴν ἑαυτοῦ ῥομφαίαν,
Καὶ μετετράπη τὸ τερπνὸν εἰς λύπας ἀμετρίας,

Ημέρα πανηγύρεως εἰς ἡμέραν πενθίμην.
Τῶν γὰρ πεσόντων ἡ πληθὺς εὑρέθη ποσουμένη
Εἰς πέντε πρὸς τριάκοντα χιλιανδρίας ὅλας.
Τὸ μὲν οὖν πλῆθος συσταλὲν ἀπέστη τῆς μανίας.
Ο δὲ κρατῶν ἐξέφυγε τοὺς ἐν ποσὶ κινδύνους.
Ην τοῦτο τὸ στρατήγημα λαμπρότερον τῶν πρώην,
Καὶ μέγας Βελισάριος ἦν ἐπὶ στρατηγίαις.
Αλλὰ γὰρ ταῦτ' οὐκ ἤρεσκε τῷ φθόνῳ τῷ κακίστῳ,
Ενθεν πικρὸν ἐνέβλεψε τοῦ στρατηγοῦ τῷ κλέει,
Καὶ πάσαις ἤλασεν ὁρμαῖς κατὰ τῆς τούτου δόξης.
Ο φθόνος γὰρ, ὡς λέγουσιν, οὐκ οἶδε τὸ συμφέρον.
Εντεῦθεν ὁ πολύολβος ὁ μέγας ὁ στρατάρχης,
Ο τὸν Χοσρόην ἐκφοβῶν τὸν φοβερὸν Περσάρχην,
Καὶ βασιλεῖς ὑπαγαγὼν ὑπὸ ζυγὸν δουλείας,
Ο σπάθῃ χειρωσάμενος τόσα Λιβύων ἔθνη,
Ο πολεμόκλονος, ὁ πρὶν ἐν μάχαις θυμολέων.
Φθόνῳ καταστρατηγηθεὶς τῷ χαλεπῷ θηρίῳ,
Ατερ στρατοῦ καὶ μαχητῶν καὶ φαρετροφορίας,
Πέπτωκε πτῶμα δύσληπτον ἐπάξιον δακρύων.
Γέγονε, φεῦ, ἐλεεινὸς γυμνότερος ὑπέρου.
Επιε, φεῦ, τῶν συμφορῶν ὑπερχειλῆ τὸν σκύφον.
Εγύμνωται τῶν ἑαυτοῦ καθάπερ φυγὰς δοῦλος.
Εκάθητο τὸν δήμιον, ὢ πάθος, προσμένων,
Πότε τῷ ξίφει τὸν αὐτοῦ τράχηλον περικόψει.
Φθόνε θηρίον χαλεπὸν, λῃστά, φονεῦ, διῶκτα
Σκορπίε μυριόκεντρε, τίγρις ἀνθρωποβόρε,
Δράκαινα φαρμακεύτρια, βοτάνη θανασίμη,
Βέλος ἀσίδηρον, αἰχμὴ πασῶν τμητικωτέρα,
Οἷα ποιεῖς καὶ κακουργεῖς, οἷα δεινὰ τυρεύεις.
Υπερνικᾷ τὸ πάθος με, συγχέει με τὸ πένθος,
Καὶ προκαλεῖται δάκρυον ἐκ τῶν ἐμῶν ὀμμάτων.
Εως καὶ πότε λυμεὼν οὕτως ὑπερισχύσεις;
Μέχρι καὶ τίνος κάκιστε τὸν βίον συγκυκήσεις;
Τύραννε κακομήχανε, φόνιε, παντορέκτα.
Κἀγὼ γὰρ ὡς οὐκ ὤφελον ταῖς ἐμπεσὼν παλάμαις,
Καὶ πειραθεὶς τῶν σῶν βελῶν κεῖμαι μικρὸν ἐμπνέων.
Καὶ ταῦτα μὲν ἐλέχθησαν ἡμῖν ἐν παρεκβάσει,
Η γὰρ πικρία τῆς ψυχῆς λαλεῖν καταναγκάζει.
Ο βασιλεὺς δὲ ζηλωτὴς ὑπάρχων εὐσεβείας,
Πόλεμον ἀνερρίπισε κατὰ τῶν δυσφημούντων,
Καὶ πλέον τῶν ἑλληνιστῶν τῆς βωμολόχου πλάνης.
Κἂν ὕστερον ἀπατηθεὶς ὑπό τινων βεβήλων,
Καὶ τῇ τῶν ἀφθαρτοδοκητῶν ἑάλω δυσσεβείᾳ.
Οὗτος ναὸν ἐδείματο τὸν φεραυγῆ τὸν μέγαν,
Τὸ τοῦ Θεοῦ μου τέμενος, τὸν οὐρανὸν τὸν κάτω,
Ον οἶμαι καὶ τὰ Σεραφὶμ αἰδούμενα θαυμάζειν.
Αν ὁ Θεὸς καταξιοῖ μένειν ἐν χειροκμήτοις,
Εν τούτῳ πάντως κατοικεῖ. καὶ ποῦ γὰρ ἀλλαχόθι
Πόλιν τὴν ὀλβιόπολιν τὴν Κωνσταντίνου πόλιν,
Τοὺς δὲ ναοὺς τοὺς ἱεροὺς ἀστέρας φεραυγοῦντας
Οὐκ οἶμαι τοῦ καθήκοντος οὕτως ἀποσφαλῆναι,
Πάντες μὲν οὖν ἐκλάμπουσιν ἀφθόνοις φρυκτωρίαις,
Καὶ στίλβουσι ταῖς χάρισι καὶ κτίσιν δᾳδουχοῦσι,
Καὶ χρηματίζουσι φαιδροὶ τοῖς ἐπὶ γῆς ἀστέρες.
Ηέλιος δ' ἀνόρουσε λίμνης περικαλλέος,
Καὶ πάντων ἀπεκρύβησαν ἀστέρων αἱ λαμπάδες.
Υπερεκλάμπει γὰρ φαιδρῶς, ὡς ἐν μικροῖς ἀστρί-
οις,
Τοῖς ἱεροῖς τεμένεσιν ἄλλος ἥλιος γίγας,
Ο θεοδόμητος ναὸς, τὸ κάλλος γῆς ἁπάσης.

A rorem maximum, & festus celebrisque dies in lugubrem conversus fuit. Ita fractis animis a furore suo plebs destitit, & Imperator e periculis, quæ tantum non ante pedes erant, evasit. Hoc facinus Imperatorium pristinis illis erat illustrius, & ubique Belisarius ob rei militaris peritiam, ceu magnus, celebrabatur. Sed enim hæc invidiæ sceleratissimæ non placebant. Quapropter honestissimam ducis famam parum æquis oculis intuebatur, & toto impetu gloriam ejus oppugnabat. Nam vulgo quod dicitur, quid utile sit, ignorat invidia. Quamobrem ab eo tempore vir fortunatus, magnus copiarum ductor, qui formidabilem Persarum principem Chosroem exterruerat, qui reges

*Invidia Belisarium deprimit.*

B servitutis jugo subjecerat, qui gladio tot Libyæ nationes domuerat, vir denique mavortius, & in prœliis animo leonino præditus, immanis belluæ, nimirum invidiæ, dolis circumventus, absque milite, pugnatoribus, pharetratorum turba, ruinam indignam & lacrymis deplorandam ruit: factus est heu miser pistillo nudior; scyphum calamitatum largiter hausit: ceu fugitivum quoddam mancipium rebus suis universis est spoliatus; eo denique loci redactus est, ut (heu sortem acerbam) carnificem expectaret, quando cervices ei gladio resecturus esset. O invidia, bellua nocens, latrocinatrix, cædibus & persequutionibus gaudens, scorpie stimulis

*Exsecratio in invidiæ.*

C infinitis prædite, tigris homines devorans, dracæna, venefica, lethalis herba, telum ferri expers, cuspis acutissima, qualia designas & improbe committis? quas calamitates & quæ mala struis? Vincit me dolor, conturbat luctus, & lacrymas exprimit. Quousque perditrix tantum virium habebis? Quousque sceleratissima vitam humanam perturbabis? O tyranne mala machinans, sanguinarie, cuncta appetens. Etiam ipse, quod numquam factum opportuit, tuas in manus incidi, tuaque tela expertus jaceo, parumper adhuc spirans. Et hactenus hæc, tamquam in digressione ab instituto, dicta sunto. Nam animi dolentis acerbitas, ut hæc proferrem, coegit. Cæterum Imperator laudabili pietate præditus, con-

*Edit. Paris. pag. 67.*

D tra impie sentientes, ac præsertim adversus scurrilem ethnicorum errorem bellum commovit: quamquam ad extremum a prophanis quibusdam hominibus deceptus, in eorum prolapsus est impietatem, qui opinionem de incorruptibili probant. Templum illud splendidissimum & amplissimum condidit, delubrum Dei mei, cælum terrestre, quod ipsos etiam Seraphos cum veneratione admirari arbitror. Nam si Deus commorari dignatur in iis, quæ hominum manus perpolierunt; omnino heic, nec usquam alibi, habitat. Quod si etiam lubeat alicubi beatam urbem Constantinopolitanam cum globo cælesti comparare, ac sacrosanctas ejus ædes cum

*Justinianus ante mortem hæreticus.*

*Templum divinæ Sapientiæ.*

E lucidis sideribus; non prorsus, opinor, abs re fecerit. Ac splendent omnia quidem hujus urbis templa perpetuis quasi luminibus, suisque gratiis coruscant, ipsam rerum creaturam collustrantia, tamquam lucida mortalium sidera: verum ubi sol exoritur, aliorum omnium faces occultantur. Etenim inter hæc quoque minora sidera, quæ sacra sunt delubra, fanum illud divinitus exstru-

ctum, terræ totius ornamentum, veluti sol alter cælestisque gigas insigniter fulget. Erat Justiniano Theodora matrimonio juncta, iisdem addicta cum marito studiis, & eisdem prædita moribus, nimirum magnificentissima. Hæc a fundamentis templum discipulis Christi condidit, post primum illud facile principem sibi locum vindicans. Appellare quis illud non inepte possit inter alia templa cæruleo splendentem lumine lunam: quod secundum solem pulchritudine sua secundas ferat. Qui talibus abundabat dotibus Imperator, nullam sobolem masculam, nullam femineam, quæ ipsi succederet, habebat. Quapropter moriturus, & terris excessurus, in natum ex sorore Justinum conjectis oculis, eum Imperatorem designat. Erat autem Justinus hic junior vir bonus, justus, iniquitati & sceleribus infensus, honesti modestiæque studiosus, munificus, facetus, contemptor pecuniarum, ab illiberalitate ac sordibus alienus. Quam splendidus ac magnificus fuerit, indicio est aurea domus in regia, gratiarum elegantia fulgens, & omni ex parte quasi radians. Erat ergo Justinus Imperator, ceu dictum est, moderatus, mitis, animo ab improbitate alieno, & justo. Verum quia laboribus curandæ valetudinis obrueretur, & continuis cum morbis conflictaretur: propositum animi ejus in exsequenda justitia non parum impediebatur. Nam e regia raro prodibat, ut illis, qui conventum vellent, ejus adeundi, hominesque rapaces & injustos deferendi facultas non esset. Nimirum domus & lectulus morbidum detinebant, arbori præclaræ similem, quæ pulchris onusta fructibus, autumnum uberem pollicetur: verum deinde per tempestatem & aeris frigidum læsa, quo minus illos fructus suos percoquat, & ad maturitatem perducat, impeditur. Hinc usuveniebat, ut quibus est studio per injuriam bonis alienis frui, suasque facultates inde collocupletare, propter magnam eorum raritatem ac solitudinem, qui talia prohiberent, avaris oculis in aliena conjectis, proximorum bona deprædarentur, raperent, agerent. Ubique confusio, gemitus, ejulatus, lamentationes, planctus erant: urbs pariter frequentes habebat suffitus, & inter pæanes lachrymæ non deerant. Hæc quum accepisset Imperator, animo quidem ille perturbabatur, verum efficere propterea nihil valens, quod a morbis domi constringeretur, improbos homines minis tantummodo terrebat. Non aliter, atque bellua provectioris ætatis, & jam senio confecta, si catulos suos rapi videat, nec ullo modo subvenire ipsis possit, de medio pectore rugitus horrendos edit. Nihil autem comminando Imperator proficiebat. Quippe avarus & sordidus animos leges amoris mutui non reveretur, oculos Dei non metuit, Imperatoris verecundia nulla ducitur, coarctationem & compressionem afflicti cordis non miseratur. Quum igitur improbitas & versuta in circumscribendis aliis sollertia magis magisque vires & incrementum sumeret, ubique dignos odio laqueos tenderet, os denique mali hujus cunctos quum depasceretur, atque interim deploraret eam miseriam Imperator, gravissimeque ferret: qui-

Templum Apostolorum a Theodora conditum.

Justinus Imp.

*Edit. Paris. pag. 68.*

Justinus ob morbos parum utilis.

A Τούτῳ συνῆν τῷ βασιλεῖ σύζυγος Θεοδώρα,
Ταυτόζηλος, ταυτότροπος, μεγαλοπρεπεστάτη.
Αὕτη ναὸν ἀνήγειρεν ἀπὸ ῥιζῶν ἐσχάτων
Τοῖς τοῦ Κυρίου μαθηταῖς μετὰ τὸν πρῶτον, πρῶτον.
Γλαυκόφαντον ἂν εἴποι τις ἐν τοῖς ναοῖς σελήνην,
Εἰς κάλλος δευτερεύουσαν τοῦ λαμπραυγοῦς ἡλίου.
Ἀλλὰ τοιαύτας χάριτας τῷ βασιλεῖ πλουτοῦντι,
Οὐχ ἦν θυγάτηρ, οὐχ υἱός, οὐ διαδόχου γένος.
Ἔνθεν τοι μέλλων τελευτᾷν καὶ γῆθεν μεταβαίνειν,
Ἐπὶ τὸν ἀδελφόπαιδα βλέπει τὸν Ἰουστῖνον,
Καὶ τοῦτον αὐτοσφάρακτε καὶ κράτορα δεικνύει.
Ἰθυνέας τὸ καλλίπρωρον τῆς βασιλείας σκάφος
Ἐν ἔτεσι τριάκοντα πρὸς ἐννεάδι μιᾷ.
B Ἦν δὲ χρηστὸς καὶ δίκαιος ὁ νέος Ἰουστῖνος,
Καὶ τὸ φιλάδικον μισῶν, καὶ τὴν κακοτροπίαν,
Φιλόκοσμος, φιλόκαλος, λαμπρόψυχος, ἀστεῖος,
Χρημάτων καταφρονητής, στυγῶν σμικρολογίαν.
Δεῖγμα λαμπρότητος αὐτοῦ καὶ μεγαλοπρεπείας
Ὁ χρύσεός τε καὶ τερπνὸς ἐν ἀνακτόροις οἶκος,
Ὃς ἔτι τοῦ δομήτορος τὴν κλῆσιν περισώζει,
Χαρίτων στίλβων καλλοναῖς καὶ πυραυγίζων πάντη.
Ἦν μὲν οὖν οὕτω κόσμιος ὁ βασιλεὺς καὶ πρᾶος,
Καὶ μισοπόνηρον αὐχῶν τὴν γνώμην καὶ δικαίαν.
Ἀλλὰ γὰρ τὸ πολύπονον αὐτοῦ τῆς διαρτίας,
Καὶ τὸ συχνάκις βάλλεσθαι νόσοις ἀλλεπαλλήλοις
Τὴν πρόθεσιν ἐξέκοπτε τῆς δικαιοπραγίας.
C Οὐ γὰρ προσῄει συχνῶς ἀπὸ τῶν βασιλείων,
Ὡς εἶναι τοῖς ἐθέλουσιν αὐτῷ προσομιλῆσαι,
Καὶ φιλαδίκων κατειπεῖν ἀνθρώπων ἁρπακτήρων,
Ὥσπερ τι δένδρον ἀγαθὸν βρῖθον καρποῖς ὡραίοις,
Καὶ πᾶσι παρεχόμενον πλουσίαν τὴν ὀπώραν,
Χειμῶνι δὲ καὶ κρυερῷ πηγνύμενον ἀέρι,
Καὶ παρεμποδιζόμενον εἰς τὸ πεπᾶναι ταύτην.
Ἐντεῦθεν οἱ σπουδάζοντες ἐκ φιλαδίκου γνώμης
Τοῖς ἀλλοτρίοις ἐντρυφᾶν καὶ τὰς οὐσίας αὔξειν,
Κατὰ πολλὴν τοῦ θέλοντος κωλύειν ἐρημίαν,
Λίχνοις ἐπαστραπίζοντες ταῖς κόραις τοῖς ὀθνείοις
Ἐλήϊζον, διήρπαζον, ἐσύλων τὰ τῶν πέλας.
Καὶ φύρσις ἦν ἁπανταχοῦ, καὶ στόνος οἰμωγμάτων,
D Ὀλοφυρμοί, καὶ στεναγμοί, θρῆνοι, στερνοκτυπίαι.
Πόλις δ' ὁμοῦ μὲν ἔγεμε συχνῶν θυμιαμάτων,
Ὁμοῦ δ' ὑπερπεπλήρωται παιάνων καὶ δακρύων.
Ταῦθ' ὁ κρατῶν ὡς ἤκουσε τὴν μὲν ψυχὴν ἐπλήγη,
Οὐκ ἔχων ὅτι δράσειεν, ἔσφιγγον γὰρ αἱ νόσοι.
Ἐν ἀπειλαῖς ἐπτόησε μόνους τοὺς κακοχόλους,
Ὥσπερ εἰ θὴρ ὑπέρακμος ἔξωρος καὶ πελιγέρων
Βλέπει τοὺς σκύμνους τοὺς αὐτοῦ πικρῶς ἁρπαζομένους,
Καὶ μηδαμόθεν ἄλλοθεν θέλουσιν αὐτῶν αἱ σμῆναι,
Φρικώδεις πέμπει μυκηθμοὺς ἀπὸ καρδίας μέσης.
Ἀλλ' οὐκ ἐπέραινεν οὐδὲν ὁ βασιλεὺς ἐν τούτοις.
Ἡ γάρ τοι φιλοχρήματος καὶ ῥυπαρὰ καρδία,
E Οὐ δυσωπεῖται τοὺς θεσμοὺς τοὺς τῆς φιλαλληλίας.
Οὐ φρίσσει βλέφαρον Θεοῦ, κράτορας οὐκ αἰδεῖται.
Οὐ κατοικτείρει συνοχὴν ἢ συντριβὴν καρδίας.
Ὡς οὖν τὸ μὲν κακεντρεχὲς κατίσχυεν εἰς πλέον,
Καὶ πανταχοῦ τὰς σαγήνας ἐξέτεινε πλεκτάνας,
Καὶ πάντας ἐπεβόσκετο τὸ τῆς κακίας στόμα,
Ὁ δὲ κρατῶν ἀνῴμωζεν, ἤχαλλεν, ἐδυσφόρει.

Τίς

Τίς τῶν ἐν τέλει προσελθὼν εἰς μέσους μετὰ θάῤῥους,
Ω βασιλεῦ ἀνέκραγεν εἰ θελητόν ἐστί σοι
Εκ τῶν χειρῶν τῶν πονηρῶν ῥύεσθαι τοὺς ἰδίους,
Εμοὶ τῆς ἐκδικήσεως ἐγχείρισαι τὸ ξίφος.
Κἂν μὲν ἐκτέμω κεφαλὰς τὰς τῆς πλεονεξίας
Καὶ τρόπους τοὺς φιλάρπαγας ὡς Ηρακλῆς τὰς ὕδρας,
Χάρις μοὶ κείσεται πρὸ σοῦ. καὶ πρὸς τῶν ὑπηκόων.
Εἰ δ' οὐ, μὴ φείσῃ βασιλεῦ, ἀλλ' ὡς αἰσχύναντά σε,
Πελέκει μου τὸν τράχηλον ἀπόκοψον ἐνδίκως.
Ηκουσε ταῦθ' ὁ βασιλεὺς, ἐπήνεσεν αὐτίκα,
Επῄνεσε τὸν ἄνθρωπον τῆς φιλανθρώπου γνώμης,
Αρχὴν τὸν ἀνυπεύθυνον δίδωσι τῷ γενναίῳ,
Καὶ πᾶσι τρόποις παραινεῖ φροντίζειν τοῦ δικαίου.
Ο μὲν οὖν ἀνεζώσατο τοιαύτην δυναστείαν,
Καὶ ζήλῳ πλείονος πλησθεὶς εἴχετο τῶν πρακτέων.
Συνέβη δὲ μετ' οὐ πολὺ γενέσθαι τί τοιοῦτον,
Λόγου καὶ μνήμης ἄξιον, καὶ πρέπον ἱστορεῖσθαι.
Γυνὴ προσῆλθε πενιχρὰ χηρείαν ἀνατλᾶσα,
Μετ' οἰμωγῆς, μετὰ βοῆς, μετὰ περιπαθείας,
Καταβοῶσα τῶν λαμπρῶν τινὸς καὶ περιδόξων,
Πρὸς γένους ὄντος βασιλεῖ, μαγίστρου τὴν ἀξίαν,
Καὶ τὸν φιλάδικον αὐτοῦ τρόπον αἰτιωμένη,
Καὶ τὴν οὐσίαν τὴν αὐτῆς πᾶσαν διηρπακότος.
Ηκουσε ταῦθ' ὁ ζηλωτὴς ἐκεῖνος τοῦ δικαίου,
Προσέχει ταῖς οἰμώγμασιν, φατείρει τὴν γυναῖκα,
Πέμπει μετακαλούμενος τὸν μάγιστρον εἰς κρίσιν.
Ο μάγιστρος οὐ πείθεται, καταφρονεῖ τὴν δίκης,
Καταγελᾷ τοῦ δικαστοῦ, τὴν κρίσιν μυκτηρίζει.
Καὶ δεῖπνον ἁβροτράπεζον πλουτοῦντος τοῦ κρατοῦντος,
Συμποσιάζων μετ' αὐτοῦ σὺν ἄλλοις ἀφικνεῖται.
Τὸ μετὰ τοῦτο τί καὶ πῶς ὁ δικαστὴς θυμοῦται;
Φοιτᾷ πρὸς τὰ βασίλεια, φαίνεται τῷ κρατοῦντι,
Βλέπει λιπαροτράπεζον ἐν μέσῳ πανδαισίαν,
Ωρᾷ συνανακείμενον μετὰ τῶν δαιτυμόνων
Εκεῖνον τὸν ἀπόζοντα πλεονεξίας μῖσος.
Ως οὐδὲν ἀναφλέγεται τῷ ζήλῳ τὴν καρδίαν,
Καὶ παῤῥησιασάμενος φησὶ πρὸς Ιουστῖνον.
Εἰ μὲν ἐμμένοις βασιλεῦ τοῖς προτεθεσπισμένοις,
Καὶ βούλει τοὺς φιλάρπαγας ὑπάγεσθαι ταῖς δίκαις,
Κἀγώ σοι πρόθυμος ποιεῖν τὰ προϋπεσχημένα.
Εἰ δέ σοι τίς μεταμελος ὧν ἔπραξας ἐπῆλθε,
Εμοὶ τὴν ἔπαρχον ἀρχὴν ταύτην παρεσχηκότι,
Ιδού σοι πάρεστιν αὐτὴν πάλιν ἀπολαμβάνειν.
Εγὼ γὰρ ἀναίτιος σοῦ ποιουμένου φίλους
Τοὺς ἐξαγίστους καὶ σκαιοὺς καὶ τοὺς ὑπομοχθήρους,
Καὶ συμπαραλαμβάνοντος συμπότας ὁμοδείπνους
Ανθρώπους κακογνώμονας καὶ κακοτρεχιστάτους.
Πρὸς ταῦθ' ὁ γαληνότατος καὶ πρᾶος Ιουστῖνος
Περιπαθές τι καὶ βαθὺ καὶ βύθιον οἰμώξας.
Εἰ μὲν ἐγώ, φασιν, αὐτὸς ἄδικον εἰργασμαί τι
Αὐτίκα με κατάῤῥαξον τοῦ βασιλείου θρόνου.
Εἰ δὲ τίς μοι τῶν συμποτῶν τῶν συνανακειμένων,
Τοῦτό σοι πάρεστι ποιεῖν ὃ πάλαι διεσκέψω.
Βαβαὶ τῆς γαληνότητος καὶ τῆς χρηστότητός σου,
Αὐτοκρατόρων ἄριστε, δικαιοφύλαξ πρᾶε.
Αναρπαγεὶς πρὸς τοῦ κριτοῦ σὺν ἑλκυσμοῖς βιαίοις
Εκ συμποσίου καὶ τρυφῆς καὶ μέσου ὁμοδείπνων,
Εκ τραπεζῶν πολυτελῶν καὶ μεγαλοδαπάνων,
Ηγαγε πρὸς κριτήριον δίκας ὑφέξων μέλλων.

*Const. Man.*

A gula cironfidentia progressus, exclamandam e proceribus in medium cum sit: Si tuos cupis, Imperator, ex improborum manibus liberare, mihi vindicem gladium tradito. Quod si avaritiæ capita hominumque rapacium artes ita resecuero, quemadmodum Hercules Hydræ capita præcidit, erit quod tu subditique tui debere se mihi profiteantur. Sin hoc non præstitero, ne mihi pepeceris, Imperator, sed ut hominem, qui labem ac maculam tibi adsperserit, optimo jure securi percutito. Imperator his auditis annuit, & egregia viri voluntate collaudata, magistratum ei tribuit, Imperio neminis obnoxium, quem Prætorem dicunt: simul hortatur, ut omnibus modis æqui B justique curam habeat. Ille potestatem accipit, & majorem in modum zelo quodam accensus, negotia sibi commissa procurabat. Non multum intercessit temporis, quum hujusmodi quiddam accidit, dignum quod memoriæ prodatur, & historiarum monumentis inscribatur. Accessit ad Prætorem vidua mulier, paupercula, cum ejulatu, clamore, quiritatione, viri cujusdam illustris & clari, qui dignitate Magister, consanguinitate Imperatori junctus esset, nomen deferens, deque illius injuria querens, quod facultates ei suas omnes eripuisset. Audit hæc æmulator ille juris & æqui, viduæ querelis animum advertit, commiseratione tangitur, mittit qui C Magistrum in judicio comparere jubeant. Magister non obtemperare, actionem floccifacere, judicem per ludibrium irridere, sannis judicium ipsum exagitare. Quia denique prandium Imperator lautum præbiturus invitatis nonnullis erat, ei convivio cum aliis intersuturus abit. Quid hinc factum? ita judex accenditur, in regiam se confert, Imperatori conspiciendum offert, quem optimo in convivio sedentem videbat. Inter alios invitatos etiam rapacem illum accumbentem cernit. Eo conspecto, singulari fervore cordis inflammatur, & ore liberrimo Justinum hisce verbis alloquitur: Si perstas, Imperator, in iis, quæ semel abs te decreta sancitaque sunt, & homines rapaces multari vis: equidem D paratus sum atque cupidus, ut id præstem, quod dudum me præstaturum pollicebar. Sin te, qui prætoris munus mihi mandasti, acte actorum pœnitet: en facultatem habes ejus mihi vicissim auferendi. Nam equidem culpa vacare volo, quum tu piaculares & improbos homines amicos facias, itidemque perversos, & ad nocendum ingeniosissimos, conviviis, mensisque tuis adhibeas. Ad ea placidissimus ille, mitisque Justinus, dolenter ex imo pectore ducto suspirio: Si me ipsum, ait, insolenter aliquid designasse constat, mox Imperatorio me throno detrahito. Sin aliquis convivatum, qui mecum heic accumbunt, injurius in quemquam fuit: licet mox fa- E cias, quod dudum tuo cum animo constituisti. Papæ, quanta fuit hæc in te animi serenitas atque bonitas, Imperatorum optime juris & æqui mitissime custos. Via Imperator hæc proloquutus fuerat, quum Magister ille per vim a judice de conviviarum cœtu, mensisque sumptuosis abreptus, ad tribunal deducitur, illatæ pœnas injuriæ luiturus. Stabat ante tribunal tremens ac territus, qui non ita pridem

*Viri præclari Ad Imp. oratio.*

*Edit. Paris. pag. 69.*

*Prætor a Justino summa cum potestate constituitur.*

*Severitatis exemplum illustre.*

*Præclarum Justini responsum.*

*pag. 70.*

elato animo superbiebat. Mulier rursus accusationem suam instituebat, quæ per rapinam amisisset indicabat, facinoris hominem convincebat. Ille contra, ferox antehac & insolens, mutus illic stabat, & in lingua (quod ajunt) bovem habebat. Ita nimirum os hominis malefici libertate loquendi destituitur. Quum ergo prudentissimus judex, & æqui justique custos, re accurate curioseque pervestigata, mulierculam indigna passam, suisque facultatibus injuste spoliatam deprehendisset; crudis boum nervis illustrem illum virum per contumeliam cædi jubet, ac tantopere flagellari, dum corpore toto plagarum cicatrices exstarent. Deinde mentum ei denudat ad cutem usque, ac rasis capitis crinibus, vultuque deturpato, inversum asino imponit, facinus mediis in plateis per summam ignominiam crinibus, vultuque deturpato, circumvehi hominem velut in triumpho, & adfici contumelia jubet. Tandem facultates ejus mulieri attribuit, quæ oppressa per ipsum, acerbeque tractata fuerat. Sic nihil ad animum libertatis studiosum comparari potest. sic homo alienus ab avaritia, nec ulli rei mancipatus, sed ingenuus, neminis personam acceptat: non excelso conspicuos loco metuit, neminem formidat: dixeris eum esse volucrem, aquilam celerem, sublimia petentem, nullis rebus terrenis addictam. Si puram habeas mentem, & lucris superiorem, si donorum captione animum non sordidaveris: reges non formidabis, plebem non revereberis, non eximios & magna præditos potentia metues. Sed enim ad historiæ seriem mihi revertendum est. Hoc factum multis terrori fuit, & multos in officio continuit. Ex eo tempore ab inferendis injuriis, alienisque concupiscendis, plerique semet abstinebant. Quippe judicis animus inexorabilis, & in judicando severus, mentes omnium perculerat. Hinc pro tempestate ac tristi procella succedebat ubique serenitas observationis justi & æqui: hinc fluctuum & marini cujusdam velut æstus loco tranquillitas jucunde velut arridebat, vitæque pelagus citra perturbationem ullam navigabatur. Quippe divini cujusdam gratique venti aura spirabat. Uxorem Imperator hic Sophiam habebat fœminam virilem, magnanimam, munificentissimam: quæ quum homines vulgo magno in mœrore degere cognovisset, quod ære alieno, ceu vinculis inextricabilibus, gravarentur: omnibus obæratorum tabulis collectis, eas ipsas quidem concremavit: at creditoribus quæ deberentur, ex suo numerari curavit. De quibus hactenus breviter commemoratis intelligere licet, quantis cæteroquin etiam bonis, quantaque liberalitate, tam Imperator hic, quam Imperatrix, totas urbes foverint. Quippe gustus etiam perexiguus dolii totius, & contexti egregie pepli documentum fimbria præbet, ut leo magnanimus ex unguibus agnoscitur. Quum autem nullum neque filium, neque filiam haberent, Tiberium Im-

Pœna ejus, qui aliena rapuerat.

De Sophia conjuge Justini.

Edit. Parif. pag. 72.

Tiberius su-mp.

A Ἐστάθη πρὸ τοῦ βήματος τρέμων πεφοβημένος,
Ὁ πρὶν ὑπερηφανευόμενος καὶ σοβαρὸς καὶ γαῦρος.
Καὶ πάλιν τὸ μὲν γύναιον ὡς πρώην κατηγόρει,
Καὶ προὔφερε τὴν ἁρπαγὴν, ἤλεγχε τὴν κακίαν.
Ὁ δὲ πεφίμωτο, καὶ βοῦν ἐπὶ τῆς γλώττης εἶχεν,
Ὁ πρὶν σοβαροπρόσωπος ὁ πρώην φρυακτίας.
Οὕτως ἀπαρρησίαστον κακομηχάνου στόμα.
Ὡς οὖν ζητήσας ἀκριβῶς καὶ πολυπραγμονήσας
Ὁ μεγαλόνους δικαστὴς καὶ τοῦ δικαίου φύλαξ,
Εὗρε φορήσασαν συμφορὰς βαρυσυμφορωτάτας
Τὴν προσελθοῦσαν, ὡς χερσὶν ἀδίκοις λῃσθεῖσαν,
Ὠμοῖς βουνεύροις τὸν λαμπρὸν καταικίζει τὴν σάρκα,
B Καὶ ταῖς χαλάζαις τῶν πυκνῶν μαστίγων μωλωπίζει,
Καὶ πᾶν τὸ σῶμα ταῖς πληγαῖς κατάστικτον δεικνύει,
Εἶτα ψιλοῖ τὸ γένειον ἕως ἐπιδερμίδος.
Κείρει καὶ τρίχας κεφαλῆς, τὸ πρόσωπον αἰσχύνει,
Παλιμπηνεῖ παλίστροφον ἐπιβιβάζει κτήνους,
Δημοσιεύει τὸ κακὸν ἐν μέσοις λεωφόροις,
Καὶ θριαμβεύει δυσκλεῶς τοῦτον καὶ στηλιτεύει,
Καὶ τῆς οὐσίας τῆς αὐτοῦ δεσπότιν καθιστάνει
Τὴν ὑπ' αὐτοῦ πολλὰ δεινὰ τλᾶσαν καὶ πικρανθεῖσαν.
Οὕτως οὐδὲν ἐφάμιλλον φιλελευθέρῳ γνώμῃ.
Οὕτως ἀφιλοχρήματος καὶ μὴ δεδουλωμένος
C Εὐπαρρησίαστος ἀνὴρ οὐ πρόσωπα λαμβάνει.
Οὐ δειλιᾷ τοὺς ὑψηλοὺς, οὐδένα καταπτήσσει.
Πτηνὸς ἂν εἴποις αὐτὸς ὠκύπτερος, ὑψιβάμων,
Ὑπ' οὐδενὸς κρατούμενος τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων,
Ἂν ἔχῃς γνώμην καθαρὰν κερδῶν ὑψηλοτέραν,
Ἂν μὴ ῥυπαίνῃς τὴν ψυχὴν ῥύμασι κιβδηλείας,
Οὐ πτοηθήσῃ βασιλεῖς, οὐκ αἰσχυνθήσῃ δῆμον,
Οὐ πτήξεις ὑπερέχοντας, οὐ μεγαλοδυνάμους.
Ἀλλ' ἐπανακαμπτέον μοι πρὸς τὰ τῆς ἱστορίας,
Τοῦτο πολλοὺς ἐφόβησε, τοῦτο πολλοῖς ἐπέσχε
Τὴν πρόθεσιν καὶ τὴν ὁρμὴν τὴν εἰς πλεονεξίαν.
Τὸ δυσπαραίτητον καὶ γὰρ καὶ φοβερὸν εἰς κρίσεις
Τοῦ δικαστοῦ κατέστησεν ἁπάντων τὰς καρδίας.
D Ἔνθεν γαλήνη πανταχοῦ τῆς δικαιοπραγίας
Ἀντὶ χειμῶνος καὶ στυγνῆς θυέλλης ἐφηπλώθη.
Ἀντὶ κυμάτων καὶ βρασμῶν ἐγέλασεν εὐδία,
Καὶ πέλαγος ἀτάραχον ἔπλει τὸ τοῦ βίου,
Πνεῦμα Θεοῦ γὰρ ἄντικρυς ἐπέπνει ἡδύπνοον,
Καὶ κατευθύναζε δεινὰς καὶ πολυρρόθους ζάλας,
Τούτῳ συνῆν τῷ βασιλεῖ καὶ σύζυγος Σοφία,
Ἀνδρεία, μεγαλόψυχος, μεγαλοδωροτάτη.
Ἥτις μαθοῦσα τὸ κοινὸν κόπτεσθαι καὶ στενάζειν
Ὡς χρέεσι βαρούμενον οἷα δεσμοῖς ἀφύκτοις
Συναγαγοῦσα τῶν χρεῶν πάντα τὰ γραμματεῖα,
Αὐτὰ μὲν ἐπυρπόλησε, τοῖς δὲ χρεωφειλέταις
Ἀπέδωκε τὰ δάνεια χρημάτων ἐξ οἰκείων.
E Ὅσοις δ' ἑτέροις ἀγαθοῖς καὶ μεγαλοδωρίαις
Ὁ βασιλεὺς ἢ βασιλὶς ἐπίαναν τὰς πόλεις.
Ἅπασι γὰρ ἔστι μαθεῖν ἐκ τῶν ὀλίγων τούτων.
Καὶ γάρ τοι καὶ μικρότατον γεῦμα τὸν ὅλον πίθον,
Καὶ πέπλον τὸ εὐύφαντον τὸ κράσπεδον γνωρίζει,
Καὶ λέων ὁ μεγάθυμος δῆλος ἐκ τῶν ὀνύχων.
Ἐπεὶ δ' οὐκ ἦν θυγάτριον ἀλλ' οὐδ' υἱὸς ἐκείνοις,
Ὁ βασιλεὺς Τιβέριον εἰσποιεῖται ὡς παῖδα
Ἐπιλεξάμενος δεινὸν ἐν στρατηγίαις ὄντα
Πρῶτα τῷ μὲν τοῦ Καίσαρος κατακοσμεῖ στεφάνῳ,
Μετὰ βραχὺ δὲ πρὸς αὐτὸν συναγαγὼν τὸν ὄχλον,

Τὴς ἱερεῖς, τὴν σύγκλητον, ἅπαντας τοὺς ἐν τέλει,
Καὶ παραινέσεσι πολλαῖς ἐνθέοις καταρτίσας,
Τὰ σκῆπτρα παραδίδωσι τῆς αὐτοκρατορίας,
Ἔτι καὶ ζῶν καὶ περιὼν καὶ μὴ τὰ λοῖσθια πνέων,
Ἔτεσι δέκα πρὸς τρισὶ μείνας σκηπτροκρατήσας.
Ἀλλὰ γὰρ ὑπνώσσει μικρὸν ἐπιβιοὺς τὸν ὕπνον
Τὸν ἀνέγερτον τὸν πάγκοινον τὸν ἀπὸ τοῦ θανάτου,
Καὶ λίθος κατεκάλυψε τὸν τηλικοῦτον ἄνδρα.
Οὐ γὰρ καλὸν οὐκ ἔμπειρον ἡ φύσις δυσωπεῖται,
Ὁμοῦ δὲ φύρδην ἅπαντας τίθησι τυμβοχώσους.
Ὡς ἤδη δὲ Τιβέριος προσῆλθεν εἰς τὸ κράτος,
Ἐκ πρώτης, ὥς φασι, γραμμῆς ἔδειξε τὰς ἐλπίδας
Μὴ ψευσαμένας ἐπ' αὐτῷ τοῦ προχειρισαμένου.
Τὴν μεγαλόδωρον καλὴν βασίλισσαν Σοφίαν
Μυρίαις ἀντημείψατο ταῖς ἀγαθοεργίαις.
Τοῖς δ' ὑπηκόοις ὀχετοὺς ἔβλυσεν εὐπορίας,
Καὶ φλέβας ἀνεστόμωσε χρυσίνδας ἀφθόνως.
Ἐπὶ παραμυθίᾳ τε τῶν νόσοις παλαιόντων,
Καὶ τῶν καμνόντων τῷ λυγρῷ καὶ πολυπόνῳ γήρᾳ,
Οἴκους ἀνήγειρε πολλοὺς, καὶ πτωχοτροφεῖα,
Καὶ πρῶτος κατεβάλλετο τὰς ῥίζας τοῦ τεμένους.
Τῶν τεσσαράκοντα Χριστοῦ μαρτύρων καλλινίκων.
Ἐπὶ δυσὶ σαλεύων δὲ τὸν βίον θυγατράσι,
Τούτων μιᾷ συζεύγνυσι Μαυρίκιον εἰς γάμον,
Ἄνδρα δραστηριώτατον, τὸ γένος Καππαδόκα.
Καὶ μέλλων γαμοδαίσια τῆς νύμφης ἑορτάζειν,
Ἀναγορεύει Καίσαρα τὸν τῆς παιδὸς νυμφίον.
Καὶ μετ' ὀλίγον τελευτᾷ πρὸ χρόνου πρὸ τῆς ὥρας,
Μὴ γήρως καθαψάμενος, μὴ κατιδὼν τὸν στάχυν.
Τῆς ἡλικίας ὥριμον καὶ χρῄζοντα δρεπάνου,
Ἰθύνας τὸ βασίλειον τέσσαρσι χρόνοις κράτος.
Εὐθὺς δ' ἐπιλαμβάνεται Μαυρίκιος τῶν σκήπτρων,
Τοῦ Τιβερίου κρίναντος τὸν ἄνδρα βασιλεύειν.
Οὗτος γαμβρὸν ἐπ' ἀδελφῇ τὸν Φιλιππικὸν ἔχεν,
Ἄνδρα γενναῖον, εὔτολμον, μέγαν ἐν στρατηγίαις,
Καὶ πλούτῳ περιβρίθοντα, καὶ λάμποντα συνέσει,
Ἄρτι λιπόντα τὴν λαμπρὰν Ῥώμην τὴν πρεσβυτέραν,
Καὶ πρὸς Κωνσταντινούπολιν μετακεχωρηκότα.
Τοῦτον λαμπρὸν γενόμενον ἐπὶ τροπαιουχίαις,
Καὶ παραλύσαντα Περσῶν τὸ φρύαγμα τὸ γαῦρον,
Καὶ κατηγωνισάμενον ἐν μάχαις φρικαλέαις,
Ὑπόπτευε Μαυρίκιος ὡς δὴ βασιλειῶντα,
Καὶ προαρπάζειν θέλοντα τὴν αὐτοκρατορίαν.
Ἦν δὲ παραίτιον αὐτῷ ταύτης τῆς ὑποψίας,
Ὅτι τινὲς τῶν περιττῶν καὶ τῶν προφοιβαζόντων
Τῷ Μαυρικίῳ προὔφηνον ὕθλους τινὰς γραώδεις,
Ὡς τὴν ζωὴν καὶ τὴν ἀρχὴν ἀφαιρεθῆναι μέλλει
Πρός τινος ἔχοντος τὸ φῖ στοιχεῖον ἐν τῇ κλήσει.
Ἐντεῦθεν ὁ περίλαμπρος ὁ μέγας ἐν ταῖς μάχαις
Τοῦ φόνου, φεῦ! ἀποληφθεὶς ἐν μέσοις ἀρκυστάτοις.
Μεταφιέννυται στυγνὴν ἀντὶ λαμπρᾶς ἐσθῆτα,
Καὶ τῶν τριχῶν τῆς κεφαλῆς σίδηρος κατορχεῖται.
Τοῦ πολυόλβου τοῦ κλεινοῦ τοῦ καρτεροκαρδίου.
Ἀλλ' ἦσαν ἄρα γηγενῶν ἐπισφαλεῖς αἱ φρένες,
Καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα τυφλαὶ τῶν λογισμῶν αἱ κόραι·
Εἴς τι μὲν οὖν κατήντησε, καὶ τέλος οἷον ἔσχε.
Τὸ φοίβασμα καὶ κόμψευμα τῶν τερατολογούντων,
Τοῖς ἐφεξῆς γνωσθήσεται ἐν τοῖς ῥηθησομένοις.
Ὁ μὲν Χαγάνος προσβαλὼν Ῥωμαίων τοὺς φρουρίους
Ἤδη ὁ Χαγάνος βασιλεὺς Σκυθῶν τῶν προσαρκτίων,

*Const. Man.*

A perator, hominem in re militari præstantem, adoptatum filii loco, Cæsaris primum corona exornat: neque multo post coactis in unum plebe, Senatu, sacerdotibus, universis proceribus, quum multis & divinis omnes cohortationibus instruxisset, eidem Imperii sceptra vivus & superstes adhuc, nec halitum extremum ducens, tradidit. Sedenim exiguum ad tempus vita deinceps fruens somno mortis inexcitabili & omnibus communi sopitus est, ac sub exiguum saxum talis tantusque vir conditus. Quippe nec formoso, nec experienti natura parcit: sed omnes citra discrimen in sepulcra conjicit.

B Posteaquam Imperium Tiberius occepisset; statim prima (quod dicitur) linea demonstravit, minime vanam fuisse spem ejus, a quo adoptatus & præfectus rebus fuisset. Nam munificæ Imperatrici Sophiæ beneficiis infinitis vicem rependit, & directis in subditos benignitatis rivis aureas venas affatim aperuit. Præterea fovendis & alendis ægrotis, senio confectis, pauperibus complures domos exstruxit, & destinavit. Primus etiam templi XL. Christi testium, præclara victoria potitorum, fundamenta jecit. Quum autem filias tantum duas haberet, earum alteri Mauricium matrimo-

*Tiberii laudes.*

C nio jungit, virum ad res gerendas acerrimum, natione Cappadocem: quumque nuptias puellæ celebraturus esset, sponsum ejus Cæsarem renunciat. Neque multo post morte immatura extinctus est. Eo mortuo, Mauricius Imperium occipit, quem virum Tiberius dignum judicaverat, qui regnaret. Habebat Mauricius affinem Philippicum, suæ videlicet sororis maritum, virum generosum, audacem, in ducticandis copiis magnum, opibus locupletem, illustrem prudentia: qui non ita dudum relicta Roma veteri, Constantinopolim commigraverat.

*MAURICIUS Imp.*

*De Philippico.*

*Edit. Paris. pag. 72.*

Hunc victoriis claratum, Persi-

D cæque superbiæ domitorem, suspectum Mauricius habebat, tamquam Imperii rapiendi cupidum. Et erat obiter quædam suspicionis hujus causæ, quod curiosi quidam homines, & divinandi periti, Mauricio nugas aniles proposuerant, futurum scilicet, ut vita pariter Imperioque spoliaretur a quodam, cujus a φ littera nomen occiperet. Hinc factum, ut Philippicus ille clarissimus, & magnus in præliis, medias in casses invidiæ delatus, cum veste splendida tristem commutaret, capitisque crines amitteret.

E Enimvero fallebantur mortalium animi, & oculi ratiocinationum in rebus futuris hallucinabantur. Vaticinii quidem hujus quis fuerit exitus, deinceps a nobis exponetur. Cæterum Chaganus, Scytharum septentrionalium rex, quum Romanorum castella invasisset, impetu primo quasdam munitas urbes cepisset, omnem Istro vicinam regio-

*Chaganus Istro vicinis depopulatur.*

nem populatus fuiſſet, amnis ipſius flumina ſanguine interfectorum tinxiſſet, ſuorum enſes & haſtas cruore abluiſſet: tandem magna captivorum multitudine coacta, quæ virorum ad CCIƆƆ CIƆ CIƆ contineret, ad Mauricium Romanorum Imperatorem mittit, utque captivos redimat hortatur. Verum neque Scythicæ crudelitatis extremus furor, neque barbari regis immanitas, neque luctus, ejulationes, lacrymæ captivorum flectere durum Imperatoris animum poterant, qui ab avaritia totus erat occupatus. Rurſus ergo barbariſſimus ille Chaganus, ſuis ad Mauricium miſſis, moderatius & æquius agi cum eo jubet, magna de pretio ſummæ deducta. Quum autem Imperator aſpidem imitans, aures obturaret, nec vocem excantantium admittere vellet: excandeſcit (proh dolor) Chaganus pantheræ ac tigridis inſtar, morti tot homines addicit, tantam (heu) multitudinem gladiis interficit, totam regionis ſuperficiem cadaveribus mortuorum operit, campos omnes ſanguine cruentat, acervis hominum interfectorum ad pineis ſtipitis altitudinem conſtratos.

Mauricii delictum ex avaritia.

O aurum, tyranne crudelis, hominum perſequutor, audaciſſime, fraudulente, arx malorum omnium, omnium malorum radix, caſtellum perniciei, vaſtator urbium, propugnaculorum everſor, murorum dilacerator, oppidorum oppugnator, ædium ſuccuſſor, qualibus malis mortales divexas? Nulla res in hominum vita tecum in certamen deſcendere poteſt: nulla res terrena tecum poteſt in comparationem venire: durum emollis, mollem induras: linguam mutam ſolvis, loquacem comprimis: currendo valentem tardum efficis, ac viciſſim de tardo volucrem: corda inflammas, & voluptate quadam demulces ſenſus illecebris inevitabilibus, ceu præſtigiis quibuſdam excantas; quum interim venuſtas illa tua non minus veneno ſuo, quam vipera noceat, leges & jura proculcas: verecundiam & pudorem abigis: ſepulcra violas, parietes perforas; nihil non habes venale: nihil non prodis. Nimirum frivolum quiddam eſt, ac fabula mera vulgo, quod dicitur, adamantem ſolum ſanguine molliri. Quid enim eſſe te poſſit efficacius, etiam in ſaxis emolliendis? Enimvero de hoc ſatis. Quid deinceps ſubſequutum? Imperator de immenſis illis hominum cædibus cognoſcit, avaritiam ipſe ſuam damnat, calamitatem acceptam expendit, miſeriam tantam deplorat, animos pœnitudine graviſſima percellitur. Hinc crebræ in oculis lacrymæ, gemitus ex intimo corde ducti, graves & cum vibicibus conjunctæ pectoris verberationes, ululatus, rugitus, ad Deum ſupplicationes, ne ad vitam ſequuturam ſupplicia cumularet, ſed heic lapſus ſui pœnas exigeret. Hiſce lamentis Deus flectitur, Imperatoris toto pectore ſupplicantis commiſeratione tangitur, precibus ipſius annuit. Sed tamen inter innumerabiles copias Mauricio ſe per quietem ſpectandum exhibet, eumque ſanguinario

Auri exſecratio.

Edit. Parif. pag. 71.

Mauricii pœnitentia.

Mauricii viſum nocturnum.

A Καὶ πόλεις χειρωσάμενος εὐπύργους ἐξ ἐφόδου,
Καὶ πᾶσαν Ἰστρογείτονα χώραν λεηλατήσας,
Καὶ δείξας αἱματόφυρτα τὰ ποταμοῦ τὰ ῥεῖθρα,
Καὶ ξίφος πᾶν καὶ δόρυ πᾶν τοῖς φόνοις καταλύσας,
Τέλος πολὺ συναγαγὼν δορυαλώτων σμῆνος,
Εἰς δώδεκα ποσούμενον ὅλας χιλιωδείας,
Πέμπει πρὸς τὸν Μαυρίκιον τὸν κράτορα Ῥωμαίων,
Παρακινῶν λυτρώσασθαι τοὺς αἰχμαλωτισμένους,
Καὶ χρήμασιν ἀλλάξασθαι τὸ πλῆθος τοσαρίθμους.
Ἀλλ᾽ οὐ κατέκαμψεν αὐτοῦ τὴν σκληρογνωμοσύνην,
Οὐ Σκυθικῆς ὠμότητος ἀπόνοια καὶ λύσσα,
Οὐκ ἀγριόθυμος ὁρμὴ Χαγάνου τοῦ βαρβάρου,
B Οὐ πένθος, οὐκ ὀλοφυρμός, οὐ δάκρυ τῶν ἁλόντων,
Δεσμὸν γὰρ εἶχεν ἄρρηκτον τὴν φιλοχρηματίαν.
Καὶ πάλιν ὁ τελβάρβαρος ἐκεῖνος ὁ Χαγάνος
Ἐκπέμπει πρὸς Μαυρίκιον μετριωτέρους λόγους
Καθυφιεὶς καὶ τὸ ποσὸν κατάγων τῶν χρημάτων.
Ὡς δ᾽ οἷα ἀσπὶς ὁ βασιλεὺς τὰς ἀκοὰς συμβύσας,
Οὐδ᾽ ἀνεχόμενος φωνῆς αἴσιον ἐπᾳδόντων,
Θυμοῦται, φεῦ, ὡς πάρδαλις, ὡς τίγρις ὁ Χαγάνος,
Καταψηφίζεται νεκρὸν τοσαυτανδρείας πότμον,
Θερίζει, φεῦ, τοῖς ξίφεσι τὸ σμῆνος τὸ τοσοῦτον,
Καὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς τοῖς αἵμασι καλύπτει.
C Τὰς πεδιάδας τὰς ἐκεῖ δείκνυσι λυθροφύρτους,
Κατασορεύσας ὡς κορμοὺς πεύκης νεκρῶν σωρείας.
Χρυσὲ διῶκτα, τύραννε, πάντολμε, δολοπλόκε,
Πάντων κακῶν ἀκρόπολις, πάντων κακῶν ἡ ῥίζα,
Ἑλέπολις, ῥιψέπαλξις, σπαράκτεια τειχίων,
Πόλεων τειχοσείστεια, τινάκτεια δομάτων,
Οἵοις κακοῖς τὰς γηγενεῖς κακοποιεῖς καὶ τρύχεις.
Οὐδὲν ἀνθαμιλλᾶταί σοι πραγμάτων τῶν ἐν βίῳ.
Οὐδὲν ἀντισφαιρίζει σοι πάντων τῶν ἐπιγείων.
Μαλθάσσεις τὸ ἀμάλακτον, τὸ μαλακὸν σκληρύνεις.
Γλῶσσαν ἀνοίγεις ἄφωνον, λάλον ἐπιστομίζεις.
Ποιεῖς βραδὺν τὸν δρομικόν, πτηνόπουν τὸν ἀργόπουν.
Πυρράζεις μὲν καὶ θέλγητρον ὑπάγεις ταῖς καρδίαις.
D Καὶ γοητεύεις ἴυγξιν ἀφύκτοις τὰς αἰσθήσεις,
Ἀλλά σου τὸ καλλίχροον ὡς ἔχιδνα φαρμάσσει.
Θεσμοὺς καὶ νόμους συμπατεῖς καὶ τὴν αἰδῶ διώκεις.
Τυμβωρυχεῖς, τοιχωρυχεῖς, ἀπεμπολεῖς, προδίδως.
Λῆρος τὸ κομψευόμενον, ὡς ἔοικε, καὶ μῦθος.
Ὡς ἄρα τὸν ἀδάμαντα μόνον αἷμα μαλθάσσει.
Τί γάρ σου δραστικώτερον καὶ λίθους ἀπαλῦνον;
Τί δὲ τὸ ὑπερίσχυρον ἰσχὺν σου ξυμφάγοι;
Ὧδε μὲν ταῦτα σύντομά μοι, τὰ δ᾽ ἐφεξῆς ὁποῖα;
Τὸν φόνον τῶν μυριάνδρων ὁ βασιλεὺς μανθάνει,
Καταγινώσκεται τῆς αὐτοῦ φαύλης σμικρολογίας,
Λογίζεται τὴν συμφοράν, τὸ πάθος ἀναστένει,
Καὶ μεταμέλῳ τὴν ψυχὴν πλήττεται βαρυτάτῳ.
Ἐντεῦθεν δάκρυον αὐτῷ συχνὸν ἐκ τῶν ὀμμάτων,
E Καὶ στεναγμοὶ βαρύτονοι καρδίας ἀπὸ μέσης,
Καὶ πάταγος βαρύδουπος τὰ στέρνα μωλωπίζει.
Ὀλολυγμοί, καὶ βρυχηθμοί, καὶ πρὸς Θεὸν ἐντεύξεις,
Μὴ πρὸς τὸ μέλλον τὰς ποινὰς αὐτῷ θησαυρισθῆναι,
Ἐνταῦθα δὲ τοῦ πταίσματος τὰς δίκας εἰσπραχθῆναι.
Κάμπτεται τούτοις ὁ Θεὸς τοῖς γόοις, ἐπικλᾶται,
Οἰκτείρει λιπαζόμενον ἐνθύμως τὸν κρατοῦντα,
Καὶ πρὸς τὴν αἴτησιν αὐτοῦ ταχέως ἐπινεύει.
Σὺν ἀναρίθμοις δὲ στρατοῖς ἐπιφαίνεται κατ᾽ ὄναρ,
Καὶ τῷ Φωκᾷ τῷ φονικῷ κελεύει παραδοῦναι.

Ἦν τοίνυν, καὶ μικρόπαις ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου
Ὁ κάκιστος ἐφίσταται Φωκᾶς τοῖς βασιλείοις,
Ἐξαιτησάμενος τινὰ παρὰ τοῦ βασιλέως.
Καὶ μαστιχθεὶς καὶ διωχθεὶς ἐφ' οἷς ἀπεφλυάρει
Ἀνθυποστρέφει, φαίνεται λοχάρχαις, φαλαγγάρχαις,
Πνέων μανίας καὶ θυμοῦ, καὶ λόγους ἀποπτύων
Φλεγμαίνοντας ἀπαντέμποντας ὀσμὴν ἀπαιδευσίας.
Καὶ λύσσαν ἐρευγόμενος κυνὸς ὑλακομόρου
Δυσωπαθεῖ τὸ στράτευμα ψευσθὲν τῶν ἐλπισμένων.
Καὶ συνελθόντες εἰς ταυτὸ στρατάρχαι, κλιματάρχαι,
Κράτορα, φεῦ, τὸν λῃστικὸν κέρβερον καθιστῶσιν,
Ἄνδρα λῃστήν, βαρύθυμον, φόνιον, ὁρμητίαν.
Ὡς δ' ἔμαθε Μαυρίκιος καὶ τὴν ἀποστασίαν,
Καὶ τὸν ἀλάστορα Φωκᾶν, φεῦ, κρατοῦντα Ῥωμαίων,
Ὥρμησε μὲν ἀποφυγεῖν, κλέψαι δὲ σωτηρίαν,
Ἀλῦξαι δ' ἐκ ἐξίσχυσε τὰς πανσθενοῦς παλάμας.
Τὸν γὰρ κρατῆρα τῆς ὀργῆς καὶ τῆς δικαίας ψήφου
Ἔμελλεν ἄκρατον πιεῖν ἄχρι καὶ τοῦ τρυγίου.
Τοίνυν ἁλίσκεται φυγὼν ἅμα τῇ βασιλίδι,
Καὶ τοῖς φυεῖσιν ἀπ' αὐτοῦ πορφυροφύτοις κλάδοις.
Ὁ δὲ θεομισέστατος ἀνθρωποφόνος δράκων
Πάντας ὁμοῦ συναγαγὼν ἐπ' ὄψει Μαυρικίου
Καρατομεῖ θηριωδῶς τὰ πρῶτα μὲν τοὺς παῖδας
Τοὺς ἐν ἀκμῇ, τοὺς νεογνούς, εἶτα δὲ βασιλίδα.
Καὶ μετ' αὐτοὺς Μαυρίκιον. τῆς ἀνοχῆς σου Λόγε.
Εἰς τοῦτο μὲν ἀπέβησαν αἱ φληναφοτερθρεῖαι,
Καὶ τὰ χρησμῳδοτήματα τῶν περιεργολογούντων,
Χρόνοις ἐφ' ὅλοις εἴκοσι κρατήσαντα Ῥωμαίων.
Ὡς δ' ἐπελάβετο Φωκᾶς τοῦ κράτους καὶ τῶν σκήπτρων,
Εὐθὺς ἐκ πρώτης, ὥς φασι, βαλβῖδος παρεγύμνου
Τὸν θῆρα τὸν πικρόθυμον τὸν ἔνδον κεκρυμμένον.
Ἦν γὰρ τὸν τρόπον φονικός, ὑγρόβιος, λυσσώδης,
Ἀκρατοπότης, πάροινος, ἀκρόχολος, οἰνόφλυξ.
Ἐντεῦθεν αἵματα ῥοφεῖν ὥσπερ βαρύφρων λέων,
Καὶ σάρκας βρωματίζεσθαι πιαρῶν ἀνθρώπων,
Πόσιν ἐνόμιζε τερπνὴν νέκταρος γλυκυτέραν.
Οὕτως Ναρσῆν τὸν στρατηγὸν τὸ τῶν Ῥωμαίων θαῦμα
Πυρὸς τροφὴν πεποίηκε, καὶ, τὸ τῆς παροιμίας,
Νεάνιν καλλιπρόσωπον ἐστέρησεν ὀμμάτων.
Τηλίκον ἄνδρα στρατηγὸν Ῥωμαίους ζημιώσας,
Καὶ μέρος καίριον τεμὼν ἐκ τῆς ὁλομελείας
Τὸ κάλλιστον ὁ κάκιστος ἠνθράκωσε καμίνῳ,
Τὸν καὶ ζωῆς ἐπάξιον εἰ δυνατὸν ἀλήκτου
Ὁ τιμωριῶν ἄξιος πότμων πικροθανάτων.
Ἀλλὰ γὰρ ἤλγησεν ἡ γῆ λιμνάζομένη φόνοις,
Καὶ λυθροσταλάκτους αὐτῇ καθ' ὥραν γινομένη
Γοὰς ἐξέρρηξεν οἰκτρὰς ἐκ στόματος ἀλάλου,
Καὶ τῆς τιγροπαρδάλεως κατεῖπε τῆς λυσσώδους.
Ἤνοιξε βλέφαρα Θεός, ἔβλεψε τὴν κακίαν,
Καὶ κατοικτείρας τὰς σφαγὰς τῶν κρεανομουμένων,
Τὴν δίκην ἐψηφίσατο τὴν τῆς ἀντιπαθείας.
Τῶν γὰρ ἐν τέλει καὶ λαμπρῶν τινὰς καὶ τῆς συγκλήτου,
Ὡς ἄρνας βλέποντες πικρῶς ἀνθρώπους θυομένους,
Δημευομένους ἀπηνῶς, οἰκτρῶς σπαρασσομένους,

A Phocæ tradi jubet. Non magno temporis interjecto spatio sceleratissimus ille Phocas e castris advenit, quædam ab Imperatore commilitonibus suis exoratus. Quumque flagris cæsus & ejectus e regia foret ob ea, quæ importune deblaterasset: in castra revertitur, cohortium phalangumque ductores adit, meram spirans insaniam, plena iracundiæ verba exspuens, quæque meram stoliditatem & imperitiam redolerent, latrantis denique canis in morem nil nisi rabiem eructans. Quinetiam miseriam exercitus amplificat, spe sua frustrati. Quapropter in unum coacti copiarum & provinciarum duces, furiosum hunc Cerberum (proh impium facinus) Imperatorem declarant, sceleratum inquam B latronem, iracundum, sanguinarium, quævis ad flagitia promptum. Mauricius ubi de militum defectione certior factus esset, ac pestem illam communem Phocam Imperatorem renunciatum esse didicisset; conabatur ille quidem fuga saluti suæ consulere, verum de manibus illis omnipotentibus elabi nullo modo poterat. Nam decretum erat, ut iræ justique judicii craterem ad ipsas usque fæces exhauriret. Quapropter in fuga cum Imperatrice, ac natis in Imperio liberis capitur. Deinde invisissimus ille Deo, cruentusque draco, cunctis in conspectu Mauricii collectis, primo quidem liberis tam adultis, quam ju- C nioribus, capita præcidi jubet: hinc Imperatricem, ad extremum Mauricium interficit. O quanta patientia tua est, filii Dei sermo. Atque hic fuit exitus illarum præstigiarum & vaticiniorum, quæ ab hominibus curiosas nimium artes tractantibus profecta fuerant. Posteaquam Phocas Imperium occupasset, e primis (quod ajunt) carceribus belluam acerbam, intra ipsum abditam, ostentabat. Nam moribus & indole sanguinaria præditus erat, humida vita gaudens, furiosus, temulentus, in vino immodestus, iracundus, ebriosus. Hinc fiebat, ut in morem feri leonis D sanguinem sorberet, ac opulentorum hominum carnibus vesci pro suavi potione duceret, ipsoque nectare dulciori. Narsem illum copiarum, qui miraculum Romanorum erat, igni concremavit: atque hoc facto, juvenculam (ceu dici proverbio solet) eleganti vultu præditam oculis privavit. Proh qualem hoc viro extincto ducem Romanis ademit. Nimirum e tota membrorum serie membrum longe utilissimum exsecuit, ac vir sceleratissimus optimum, infinitas acerbissimasque mortes commeritus, perpetua (si fieri posset) vita dignum in carbones ac favillam redegit. Enimvero tellus ipsa cædibus restagnans mœ- E rebat, & sanguinis stillicidio conspersa singulis horis, hominem intuita, voces plane miserabiles ex ore mutuo proferebat, & tigropardalim furentem accusabat. Quapropter oculos Deus aperuit, & hominis improbitate perspecta, miseratus eorum mactationes, qui dilaniabantur, tale supplicium ei destinavit: ut quæ ipse designasset, ea vicissim ab aliis perpeteretur. Itaque proceres, & illustres, ac Senatorii quidam ordinis viri, quum homines agnorum instar miserrime jugulari, proscribi crudeliter, miserandum in modum lacerari cernerent,

Seditionis Phocæ initium.

Edit. Paris. pag. 74.

Mauricius cum suis capitur & interficitur.

Phocas Imp.

Narses exustus a Phoca.

*Thomas Imperium affectat.* Thomas enim ille, cujus antea mentionem fecimus, vir industria & audacia flagrans, copiis undiquaque collectis, maximo cum impetu Michaelum invasit instar apri de silvæ lustrisque suis prorumpentis vel leonini catuli: quumque urbes universas Thraciæ totius tam nauticis copiis, quam pedestribus einxisset, omnibus modis divexasset, in servitutem redegisset, diruisset, lacerasset: ad ipsam usque Constantinopolin, urbem fortunatam, excurrit. Enimvero si Deus ille præpotens mortalibus adversetur, omne consilium, omnisque conatus reapse nihil est aliud, quam aranearum tela. Quapropter quum Thomas a numine divino non propugnaretur, insidiarum suarum turres in arenis exstruebat, inque re perimbecilli fundamenta sua collocabat, & idcirco totum ædificium radicitus corruit. Nam ubi cædibus manus illas pugnarum avidas inquinasset, & hastas sanguine tinxisset: tandem vivus in hostium potestatem pervenit, oculis spoliatus, & postea gladiis sine omni misericordia obtruncatus est. *Edit. Paris. pag. 97.*

*Theophilus Michaelis filius Imp.* Michaelus autem excessurus e vita, quum annis octo Romanis præfuisset, Theophilo filio suo Imperium tradidit: qui cætera per omnem vitam infelix, unum bonum mirabiliter nactus est, Theodoram conjugem, fœminam plane divinam, venerabilem inter mulieres alias, unioni candidissimo & carbunculo persimilam. Huic ille matrimonio junctus, non solum liberorum pater ex fœcunda conjuge factus est, verumetiam fœlicitate principem illum hominem Adamum superavit.

*Theodora Augusta.* Nam Adamum orta de costa, materque princeps hominum Eva, voluptate, quam ex arboribus Edenis percipiebat, privavit: hæc maritum vitæque socium ad dexteram partem eorum traduxit, qui salutem consequuntur. Et quidem heic tantum suavis illa cithara Davidis, ipsa quoque saxa demulcens, quiddam absonum cecinit, quum ait: Deum unius & ejusdem indolis atque morum homines in unum domicilium collocare. *Dissimile par conjugum.* Nam heic stercus & unguentum fragrans, rosa rubens, & acherdus spinosa, tinctura bilis & purpuræ coiverunt.

*Theophilus imaginum hostis.* Theodora enim lacus erat cunctis virtutibus ornatus, consitus gratiis hortus, arbor omnis elegantiæ modestiæque. Theophilus a diverso ager erat meræ impietatis tribulis refertus, rubus asper, lædens viscera rhamnus. Nam sacris litteris, & Christi Martyrumque imaginibus infestus, eos omnes intolerantibus & gravissimis tormentis excruciabat, qui cultum eis religiose deferrent. Præterea sanctis viris, Theodoro ac Theophane, qui tam vita, quam doctrina supra siderum pulchritudinem & solis jubar lucebant, tristissimis cruciatibus afflictis, & flagris excoriatis, etiam vultus ad ipsa usque supercilia notis deformavit, & ver-

A Δεινότερος ἐπέφλασε μεγαλοκύμων φλοῖσβος,
Καὶ τὴν αὐτοῦ συνέσεισε καρδίαν ὡς ὁλκάδα.
Ο γὰρ Θωμᾶς, οὗ πρότερον ὁ λόγος ἐπεμνήσθη,
Ανθρωπος πολυμήχανος, ἔμπυρος τῷ θράσει,
Στρατόπεδον συναθροισθὲν ἰσχυρὸν μυριαχόθεν,
Οπλίτας αἱματοχαρεῖς, ἀλκίμους, ἀνκαρδίους,
Φονουργοὺς, ἀρεϊκοὺς, εὐτόλμους, θρασυμάχους,
Επιπηδᾷ τῷ Μιχαὴλ μετὰ σφοδρᾶς τῆς ῥύμης,
Καθάπερ σῦς ἀπὸ δρυμοῦ καὶ λόχμης πολυξύλου,
Η σκύμνος ἀρτιτρόφος λεαίνης φιλαιμάτου
Καὶ πάσας πελεθράκιον περιτειχίσας πόλιν
Εν ναυτικαῖς δυνάμεσι χερσί τε πεζομάχῳ,
Καὶ πάσαις κάκωσιν αὐτοῖς ὑπενεγκὼν βαρεῖαν,
B Καὶ καταδουλωσάμενος, καὶ ῥάξας καὶ σπαράξας,
Εως αὐτῆς ἐπέδραμε πόλεως τῆς ὀλβίας.
Αλλ' ὁ Θεὸς ὁ πανσθενὴς θνητοῖς ἐναντιοῦτο.
Ιστὸς ἀράχνης ἄντικρυς πᾶσα βουλὴ καὶ πρᾶξις.
Τὸ θεῖον τοίνυν ὁ Θωμᾶς ὑπερμαχοῦν οὐκ ἔχων,
Εις ψάμμον τῆς ἐπιβουλῆς τοὺς πύργους ᾠκοδόμει.
Επ' ἀσθενοῦς ἐπήγνυεν αὐτοῦ τοὺς θεμελίους.
Κἀντεῦθεν τὸ κτιζόμενον ῥιζόθεν ἀνετράπη,
Καὶ φόνοις χράνας τὰς αὐτοῦ φιλοπολέμους χεῖρας,
Καὶ δόρυ πᾶν κατάβαπτον τοῖς αἵμασι ποιήσας,
Τὸ τελευταῖον ζωγρηθεὶς ὀρύττεται τὰς κόρας,
Καὶ σβέννυται καλοφεγγὴς λύχνος τῶν ὀμμάτων,
Καὶ μετὰ ταῦτα ξίφεσι δεινῶς κρεοκοπεῖται.
C Ο βασιλεὺς δὲ Μιχαὴλ μέλλων τὸν βίον λείπειν,
Εφ' ὅλοις ἔτεσιν ὀκτὼ Ρωμαίων βασιλεύσας,
Τῷ Θεοφίλῳ τῷ παιδὶ τὸ σκῆπτρον ἐγχειρίζει.
Ο ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὴν ἅλμην τὴν τοῦ βίου
Κακοτυχῶς καὶ σφαλερῶς, ἀλλ' οὐκ εὐδίως πλέων
Τοῦτο τὸ μόνον τὸ καλὸν εὕρατο παραδόξως
Τὴν πάνσεμνον ἐν γυναιξὶ καὶ θείαν Θεοδώραν,
Ως μάργαρον καταλευκον, ὡς λίθον ἀνθρακίαν.
Ταύτην γοῦν ἔχων κοινολεχῆ, ταύτην ζυγεὶς εἰς γάμον,
Καὶ παίδων γέγονε πατὴρ εἰς γῆν γονίμην σπείρων,
Καὶ πλέον ἐπευτύχησεν Αδὰμ τοῦ πρωτοπλάστου.
Τὸν μὲν γὰρ ἡ πλευροφυὴς καὶ πλευρομήτωρ Εὔα,
Εκ τῆς τρυφῆς τῶν τῆς Εδὲμ ἐξήγαγε δενδρέων.
D Η δὲ τὸν συνοικήσαντα καὶ κοινωνὸν τοῦ βίου
Τῆς δεξιᾶς πεποίηκε καὶ σωζομένης μοίρας.
Κἀνταῦθα μόνον τοῦ Δαβὶδ ἤχησε τὸ μέλος,
Η καὶ τοὺς λίθους θέλγουσα καλλιμελὴς κινύρα.
Τοὺς μονοτρόπους ὁ Θεὸς ἐν οἴκῳ κατοικίζει.
Ενταῦθα δὲ συνέδραμε κόπρος εὐώδει μύρῳ,
Καὶ ῥόδον ἐρυθρόφυλλον ἀχέρδῳ κεντροφόρῳ,
Καὶ χρῶμα χολοβάφινον βάμματι πορφυρίῳ,
Η μὲν γὰρ, πάσαις ἀρεταῖς κατάφυτον ἦν ἄλσος,
Καὶ κῆπος χαριτόβλαστος, καὶ δένδρον εὐκοσμίας.
Ο δὲ, χωρίον ἄντικρυς τριβόλων δυσσεβείας.
Καὶ βάτος ἀκανθοβελὴς καὶ ῥάμνος σπλαγχνοτύπος.
Καὶ γὰρ ἀπεχθαινόμενος ταῖς ἱερογραφίαις,
Καὶ τοῖς ἀπεικονίσμασι Χριστοῦ καὶ τῶν μαρτύρων,
E Τοὺς ἀπονέμοντας αὐτοῖς τὸ κατὰ χρέος σέβας
Ανυποφόροις καὶ δειναῖς στρεβλώσεσιν ἐκάκου.
Αλλὰ καὶ τοὺς ἐκλάμποντας τῷ βίῳ, καὶ τῷ λόγῳ
Υπὲρ ἀστέρων καλλονὰς ὑπὲρ ἡλίου σέλας
Τὸν ἱερὸν Θεόδωρον τὸν θεῖον Θεοφάνην
Επιφοραῖς βαρυαλγῶν βασάνων βασανίσας,
Εστιξε καὶ τὰ μέτωπα μέχρις αὐτῶν ὀφρύων,

Καὶ

Καὶ τύπους ἐνεχάραξεν αὐτοῖς ἰαμβοπλόκους.
Οὗτοι μὲν οὖν ἢ εἴχοσιν τὴν ἐπιμετωπίαν.
Ὡς στέφος καταμάργαρον λιθολαμπὲς ἐφόρουν.
Ὁ κράτωρ δὲ Θεόφιλος ὁ πρὶν μὲν τὰς εἰκόνας,
Καὶ τὰ τελογραφίσματα τῶν ἱερῶν προσώπων
Ἄγαν σκαιῶς καὶ πονηρῶς καὶ κακοτρόπως εἶχεν.
Τὰ δ' ἄλλα ἦν λαμπρόψυχος καὶ μεγαλοεργνώμων,
Καὶ τοῦ δικαίου φροντιστὴς καὶ τῶν ἐνδίκων νόμων.
Σημεῖον ἐναργέστατον τῆς μεγαλοπρεπείας,
Ὀργάνων φιλοτέχνησις τῶν χρυσεοκροτήτων.
Ἐξ ὧν ἀναπεμπόμενον ἐν μηχανῇ τὸ πνεῦμα
Τὰς ἀηδονάδας καὶ τερπνὰς ἀπάγει μελῳδίας,
Καὶ λιγυρὸν μουσίκευμα γάργαλον ἀπορρέον.
Σὺν τούτοις καὶ κατάχρυσα καὶ πλατυφυλλοῦντα δένδρα
Χρυσίῳ τῷ χλωρόφωτι πυρράζοντα μακρόθεν.
Ἐν οἷς στρουθία μουσικὰ χρυσότευκτα καθῆστο,
Ὡς ἐν πετήλοις πίτυος ἢ πεύκης ἀκροτόμου,
Ἐκ μηχανῆς ἐναπέμποντα λάλημα μελιτόεν.
Οὕτως ἀνθρώπων τεχνουργοὶ πολυμηχάνων χεῖρες
Ἀντιπαρίζουσι μικροῦ τῇ ψυχωτείᾳ φύσει.
Εἰ δέ τις ἀκριβέστερον ἐκμεμαθεῖν θελήσει
Τὸ μεγαλόψυχον αὐτοῦ καὶ τὴν φιλοκοσμίαν,
Εἰς τοὺς θαλασσογείτονας βλεψάτω περιβόλους,
Οἳ τὴν λαμπρὰν ἐν πόλεσι περιφρουροῦσι πόλιν.
Χειμὼν γὰρ ἄγριος ποτὲ κατενεχθεὶς βαρύθρους
Τὴν ἅλμην ἐκρυστάλλωσεν ἕως ἀπλέτου βάθους,
Καὶ τὴν ὑγρὰν ἐλίθωσε πήξας αὐτῆς τὴν ῥύσιν,
Καὶ θάλασσαν ἐστράκωσε δυσάνεμος ψυχεία.
Μετὰ μικρὸν δ' αὐγάσασαι θερμότητες ἡλίου
Τὸ συνεχὲς διέσπασαν τῆς λιθωθείσης ἅλμης.
Κἀντεῦθεν ἀπερράγησαν κρυστάλλων ἀποσπάδες,
Καὶ λίθους ἁμαξοπληθεῖς νικῶσαι τῷ μεγέθει,
Εἴποι τις ὡς κορυφαὶ βαθυφαράγγων λόφων
Ὑψόθεν ἀποσπώμεναι κυλίνδονται σὺν κτύπῳ.
Καὶ λίθοι ῥιψεπάλξιδες πίπτουσαι τειχοσείστοι
Περιρροιζοῦντες ἢ λεπτὸν ἀέρα τῇ κινήσει.
Καὶ τοίνυν καταβαίνουσαι πελάγους ἐκ Ποντίου
Προσέρρασσον τοῖς τείχεσι τοῖς παραιγιαλίοις,
Καὶ συνεδόνουν τὰ στερρὰ τῶν πυργοδομημάτων.
Ὥσπερ ἰδὼν ὁ βασιλεὺς τὰς καταμυλωπίσεις,
Καὶ τὰς πυκνὰς τραυματισμοὺς ἢ μᾶλλον παραλύσεις,
Συγκατεσείσθη τὴν ψυχὴν ἐπὶ τῷ γεγονότι.
Καὶ θέλων ἐπιδείξασθαι φιλοτιμίας πλοῦτον,
Καὶ σάχλακας ἐκένωσεν ἀχρείους τὸ χρυσίον,
Καὶ τὸ σαθρὸν ἐνίσχυσε καὶ τὸ πεσὸν ἐγείρας
Τοῖς τείχεσιν ἐπέγραψε τὴν κλῆσιν τὴν ἰδίαν,
Καὶ ταῦτα μὲν κατάξια γλώσσης εὐφημείας.
Ἐγὼ δ' ὑπερεκπλήττομαι τὴν δικαιοπραγίαν,
Καὶ τὴν ἀπροσωπόληπτον τὴν πρὸς τὰς κρίσεις γνώμην.
Καὶ δὴ παρεκτεθείσθω μοι δεῖγμα μικρὸν τοῦ τρόπου,
Ὡς ἐκ θαλάττης κύαθος, ὡς ἀπὸ πίθου γεῦμα,
Βραχύ τι σπινθηράκισμα καμίνου πολυφλόγου.
Γυνὴ προσῆλθε πενιχρὰ ποτὲ τῷ Θεοφίλῳ
Καταβοῶσα Πετρωνᾶ τινὸς μεγαλοτίμου.
Βίγλας γὰρ ἦν δρουγγάριος εἴποιεν ἂν Ῥωμαῖοι,
Καὶ ῥιζωμάτων τῶν αὐτῶν ἐξ ἧπερ Θεοφίλῳ.
Ἐφώνει γοερὸν περιπαθῶς, καὶ δάκρυον κατῆγε,
Ἀμύντορα τὸν κράτορα γενέσθαι λιπαροῦσα,
Καὶ τὰς παλάμας ἐκτείνειν τὰς γιγαντοπαλάμους

*Anaſt. Hiſt.*

A ſus jambicos ipſis impreſſit: quos illi notas fronti inuſtas non aliter geſtabant, atque coronam unionibus & gemmis exornatam. Tam impie autem immaniter & maligne Imperator Theophilus erga imagines, & ſacrorum vultuum picturas, in ſtatuis expreſſas, adfectus: cætera generoſus erat, præclari judicii, juris & æqui ſanctarumque legum obſervantiſſimus: Magnificentiam viri licet ex hoc evidentiſſimo indicio colligas, quod artem excogitavit, condendi organa muſica, de quibus machina quadam ſpiritus emiſſus, jucundos ac ſuaviter reſonantes cantus efficit. Adde his arbores illas aureas, lateque ſplendentes, in quibus aviculæ muſicæ ex B auro factæ conſidebant, tamquam in pinus aut proceræ piceæ ramis, iiſdem machinæ cujuſdam opera melleum carmen modulantes. Nimirum ita mortalium varia excogitantium artificioſæ manus, parum abeſt, quin ipſa cum natura, res vivas producente, in certamen deſcendant. Quod ſi quis accuratius cognoſcere cupit Theophili magnificentiam, & in rebus ornandis ſtudium, is mihi velim muros illos mari vicinos intueatur. Accidit enim ipſo imperante, ut hyems ſæva mare cogeret in glaciem ad profunditatem ſane immenſam, humidumque illud elementum lapidis ad duritiem, fluxione prorſus adempta, C redigeret: frigore nimirum ex acribus ventorum flatibus orto mare totum ceu teſtaceum efficiente. Non multo poſt, radiorum ſolarium calores ad ſaxi formam indurati maris continuitatem ſolvebant, unde fiebat, ut glaciei fragmina reliquo a corpore avellerentur, quæ lapides etiam plauſtrales, magnitudine ſuperabant. Non inepte dixerit aliquis, vertices quaſi quoſdam collium, profundis convallibus imminentium, de ſublimi avulſos, ingenti cum ſtrepitu volutatos fuiſſe: vel lapides propugnaculorum & murorum ſubverſores ita volaſſe, ut motu ſuo ſtrepitum in aere tenero excitarent. Hæc ergo fragmina, e medio mari delata, muros litori vicinos D feriebant, & validas etiam turres ſuccutiebant. Imperator mœnium turriumque rimis, quæ læſæ ruptæque fuerant, conſpectis, animo commotus eſt, propter id quod accidiſſet. Simul declarare volens magnificentiam ſuam, aurum ea copia profundit, quaſi ſilices inutiles expenderet: atque hoc modo ſtabilitis iis, quæ vetuſtate labaſcerent, & excitatis, quæ collapſa fuerant: ſuum muris nomen inſcripſit. Et hæc ſane prædicatione digna fuerunt. Juſtitiam vero Theophili, & animum in judiciis nullam rationem perſonarum habente non poſſum non ſummopere admirari. Ac libet heic ipſius hac in parte indolis indicium quod- E dam adjicere, quod ſit inſtar hauſti de mari cyathi, vel guſtus e dolio, vel exiguæ ſcintillæ ignis magni. Accedebat aliquando Theophilum paupercula, Petronam, magnæ dignitatis virum, accuſans. Erat enim is [a] Biglæ (ceu Romani loquuntur) Drungarius & eodem cum Theophilo genere natus. Dolenter illa quiritare, lacrymas fundere, opem Imperatoris implorare, gi-

*Theophili virtutes inſignes; & ingenium magnum.*

*Edit. Pariſ. pag. 98.*

*Hiemis ſævitia.*

*Theophilus muros reficit.*

*Juſtitiæ ſtudium in Theophilo.*

*Exemplum præclarum.*

*[a] Vigiliæ*

*pag. 99.*

ganteas ut manus Petronæ coerceret, qui per summam injuriam in se debaccharetur, suæque domunculæ, satis per se tenuis, luminibus officeret: ne tandem nimia cogente caligine, domum solam desertamque, ventis (quod ajunt) perflandam in vita relinqueret. His auditis, Imperator de re inquirit, accusati nequitiam cognoscit, ac ædes quidem illas, quæ lumina domui mulieris obstruebant, ad ipsa usque fundamenta demolitur: Petronam vero publicam in viam deductum, flagris cædi jussit. Hoc tibi argumentum animi hujus Imperatoris, exiguum quidem illud, esto: de quo tamen æstimare cætera non difficulter possis. Nam & Bocchoris, (uti perhibent historiarum scriptores) Ægyptiorum rex, de balba, quadam infantis voce linguarum omnium antiquissimam agnoscere potuit. Jam quod liberalem ejus animum attinet, in contemnendis turpibus lucris, & quod aurum corradere institorio quodam quæstu noluerit: ex iis, quæ commemoraturi sumus, colligi satis liquido poterit. Forte stabat Imperator sublimi loco in regia, ubi nivei coloris marmor ingeniose sculptum vaccam ingentium laterum repræsentat, & leonem in vaccam insilientem, eamque cupide necantem: ex qua sculptura * nomen loco datum est. Hic ergo stans Imperator, & oculos in mare dirigens, quod cælum sudum esset, ipseque maris intuitu sese recreare vellet: navium mercibus oneratam appellere videt, molli vento australi flante, ac navigium plenis velis tranquillum in portum deferente. Poterat autem aliquis etiam longo ex intervallo existimare, navim appellentem ingens onus vehere. Nam mercium pondus ita navim deprimebat, ut e mari tertium modo cingulum exstaret. Hac Imperator navi conspecta, quænam, & cujus esset, interrogat. Ubi tam navim, quam merces Imperatricis esset cognovit: animi dolore compresso, & arcessita conjuge: Heu mea, inquit, Imperatrix, quo res meæ redactæ sunt? heu qualem fortunam cum opulentissima commutavi? Nimirum jam Romanorum Imperator merces vænales habeo, & ipsemet (heu) institor factus sum, negotiatoribus etiam inferior. His dictis, navim una cum mercibus, quarum immensa erat copia, concremari jussit. Idem Theophilus Imperator virum præstantissimum Methodium quamdam in insulam relegatum, speluncæ cadaveris instar inclusit, tamquam unionem in concham, rosam inter spinas. Præterea duos ei latrones adjunxit, quorum altero extincto, & jam marcescente naturali quadam necessitate, fœdum illum odorem & pestiferum aerem tolerantissimus athletes animo tulit æquissimo, quem ne adamas quidem sustinere potuisset. Alter libertate donatus, exire noluit, sed intra speluncam illam caliginosam manens, divinæque vivendi rationis æmulator factus solis instar vitæ religiosæ radios sparsit. Dum adhuc Methodius in hoc carcere detineretur, homines illi rerum divinarum periti, quos notis in vultu fœ-

Petronas punitur.

Imperator Augustæ navim exurit.

* Appellatur enim passim apud historicos Βουκολέων.

Methodium Theophilus cruciat.

Edit. Paris. pag. 100.

A Τοῦ Πετρωνᾶ λυττήσαντος ἐκ φιλοδίκου γνώμης,
Καὶ τὸ λυπρὸν δωμάτιον αὐτῆς ἐπισκοτοῦντος,
Ὅπως μὴ φέρειν ἔχουσα τὸ τηλικοῦτον σκότος
Ἀνέμων ὅ φασι πνοαῖς τὸν οἶκον καταλείπῃ.
Ἤκουσε ταῦθ' ὁ βασιλεύς, ἐζήτησε τὸ πρᾶγμα,
Ἔγνω τὸ φιλομόχθηρον τοῦ καταβοωμένου.
Καὶ τὸν μὲν οἶκον κατασπᾷ μέχρι τοῦ θεμελίου
Τὸν νυκτοχειροποίητον τῇ γυναικὶ ποιοῦντα.
Αὐτὸν δὲ μέσον ἀγαγὼν τῆς λεωφόρου τρίβου,
Ὠμοῖς βουνεύροις τὰς αὐτοῦ καταμελαίνει σάρκας.
Τοῦτο μικρὸν τεκμήριον ψυχῆς τῆς Θεοφίλου
Δυνάμενον κατάδηλα καὶ τὰ λοιπὰ ποιῆσαι.
Καὶ γὰρ καὶ Βόκχορος φασὶν ὁ κράτωρ Αἰγυπτίων
B Ἀπὸ ψελλίσματος ἑνὸς ἀρτιγενοῦς βρεφίου
Τὴν παλαιοτέραν πασῶν διάλεκτον ἐπέγνω.
Τὸ δ' ἐλευθεροκάρδιον πρὸς τὰς αἰσχροκερδίας,
Καὶ τὸ μὴ βούλεσθαι χρυσὸν ἔχειν ἐκ καπηλείας
Ἰσχύουσι πιστώσασθαι τὰ μέλλοντα ῥηθῆναι.
Ἔτυχεν ἄνωθεν ἑστὼς τῶν βασιλείων οἴκων
Ἔνθα γλυφεῖσα δεξιοῖς μαρμάροις χιονόχρουν
Βοῦν μεγαλόπλευρον τυποῖ, καὶ λέοντα μορφάζει
Ἐπιπηδῶντα τῇ βοΐ, καὶ πίνοντα τὸν φόνον.
Καὶ γέγονε τὰ γλύμματα ταῦτα τῷ τόπῳ κλῆσις.
Ἐνταῦθα γοῦν ὁ βασιλεὺς ἑστὼς ἐκ τῆς θαλάσσης
Τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπαφιείς, γαλήνη γὰρ ἐγέλα,
Καὶ ταῖς ἐκεῖθεν χάρισι ψυχαγωγῶν τὰς ὄψεις,
C Πλοῖον ὁρᾷ κατάφορτον τῇ χέρσῳ πλησιάζον.
Ἐπέπνει μὲν ὁ ζέφυρος πνοαῖς ἁπαλοπνόοις.
Ἐπίμπλα τὰ λαίφη δὲ κολπούμενα τὸ πνεῦμα,
Καὶ πρὸς λιμένας ἀπῆγον τὸ σκάφος εὐγαλήνως.
Εἴκασε δ' ἄν τις καὶ μακρὰν ἀφεστηκὼς τῆς ἅλμης
Τοῦ πλοίου τὸ κατάφορτον τοῦ προσορμιζομένου.
Ἐπὶ γὰρ τρίτον τῆς νηὸς τῆς φορτηγοῦ ζωστῆρα
Τὴν θάλασσαν ἀνέθλιβε τῶν ἀγωγίμων βάρος.
Ὡς ἔβλεψεν ἐπύθετο τίς καὶ τίνων ἡ σκάφη.
Τῆς βασιλίδος ἤκουσεν ἡ ναῦς καὶ τὸ φορτίον.
Καὶ λύπην μὲν δακέθυμον ἔσχε κατὰ καρδίας.
Μεταστειλάμενος δ' αὐτήν, καὶ γνοὺς περὶ τοῦ πλοίου,
Αἲ αἲ βασίλισσα, φησίν, εἰς οἷον φθάνω βίον;
Οἵαν ἀνθ' οἵας εὐτυχοῦς ἀντηλλαξάμην τύχην;
D Φορτίων ἀπεμπολητὴς ὁ τῶν Ῥωμαίων κράτωρ;
Καὶ κάπηλος γεγένημαι; φεῦ. τῶν ἐμπόρων χείρων.
Καὶ ταῦτ' εἰπὼν ἐκέλευσε γνάθοις πυρὸς παμφάγου
Τὴν ναῦν τὴν μυριόφορτον αὐτόφορτον βρωθῆναι.
Οὗτος αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Μεθόδιον τὸν πάνυ
Θέμενος ὑπερόριον ἔν τινι νησιδίῳ
Εἰς σπήλαιον κατέκλεισεν ὡς ἐν μνημείῳ νέκυν,
Ὡς ἐν ὀστράκῳ μάργαρον, ὡς ἐν ἀκάνθῃ ῥόδον,
Καὶ σὺν αὐτῷ καὶ μετ' αὐτοῦ δύο λῃστὰς κακούργους.
Τούτων θατέρου τῶν λῃστῶν τὸν βίον ἐκλιπόντος,
Καὶ ῥεύσαντος μὲν φυσικὰ ἀφύκτου κατ' ἀνάγκης
E Τὴν δύσοσμον ἀποφορὰν καὶ τὴν ἐκεῖθεν λύμην
Ὁ καρτερόνους ἀθλητὴς ἐκεῖνος ἐκαρτέρει,
Ἣν οὐδ' αὐτὸς ἐνίσχυσεν ὑποστῆναι ἀδάμας.
Ὁ δ' ἕτερος ἀπολυθεὶς οὐκ ἤθελεν ἐκβῆναι,
Ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ ζοφερῷ σπηλαίῳ καταμείνας
Καὶ ζηλωτὴς γενόμενος ἐνθέου πολιτείας,
Ὡς ἥλιος ἀπέστραψεν ἀκτῖνας σεμνοῦ βίου.
Ἔτι δ' ἐμφρούρου μένοντος τοῦ θείου Μεθοδίου
Οἱ κεντηθέντες τὰ σεπτὰ πρόσωπα θεηγόροι,

Ὥσπερ καὶ μνήμην ἔθετο φθάσας ὁ λόγος ἤδη,
Βιαίως ἐλαυνόμενοι πρὸς τὴν ὑπερορίαν,
Ἄνδρα τινὰ σαγηνευτὴν ἰχθυοθήραν ἄνδρα,
Εὑρόντες διαπυλεύοντα γράφουσι τῷ δικαίῳ
Ὀλιγοσύλλαβον γραφὴν ἐν ἰαμβικῷ μέτρῳ.

Τῷ ζῶντι νεκρῷ, καὶ νεκρῷ ζωηφόρῳ,
Ναίοντι τὴν γῆν, καὶ πατοῦντι τὸν πόλον,
Γραπτοὶ γράφουσι δέσμιοι τῷ δεσμίῳ.

Πρὸς οὓς αὐτὸς ἀντιγραφὴν ἀντιχαράξας γράφει.

Τοὺς ταῖς βίβλοισιν οὐρανῶν κλησιγράφους,
Καὶ πρὸς μέτωπα σωφρόνως ἐστιγμένους,
Προσεῖπεν ὁ ζώθαπτος ὡς συνδεσμίους.

Καὶ ταῦτα μὲν τὰ χρύσεα τῶν καλλιγλώττων ἔπη
Ἀντικρὺς θείου νέκταρος σταλάττοντος συρμάδα.
Ὁ δὲ καλὸς ἀγωνιστὴς Μεθόδιος ὁ πάνυ
Ἐγκαρτερήσας τῇ πικρᾷ καὶ κατωρύχῳ στέγῃ,
Καὶ τοὺς ὀδόντας ἐκκρουσθεὶς, καὶ συνθλασθεὶς τὰς γνάθους,
Καὶ πᾶσαν ἄλλην ἐνεγκὼν κολάσεων ἰδέαν,
Δι' ὧν αὐτὸν οἱ δυσσεβεῖς ἔπληττον ἀπανθρώπως,
Ὡς ἄκμονα σιδήρεον χαλκαῖς σφυροκοποῦντες,
Τέλος καθάπερ ἥλιος ἡμεραυγὴς, ὡς λύχνος,
Ἐξέκυψεν ὡς ἔκ τινος ὁρίζοντος ἐκεῖθεν,
Θελήσαντος, ὡς ἔοικε, τοῦ βλέποντος ἀβύσσους,
Καὶ Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ ὕπερθεν καθημένου,
Ὡς πόλιν ὀχυρόπυργον τοῦτον ἐπ' ὄρους στῆσαι,
Ὡς μὴ τοσαύτην ἀρετὴν ὡς ἐν μοδίῳ λύχνον
Τῷ στυγερῷ καὶ ζοφερῷ καλύπτεσθαι σπηλαίῳ.
Ὁ κράτωρ γὰρ Θεόφιλος βίβλοις ἀεὶ σχολάζων,
Καὶ σίμβλα τὰ τῆς γνώσεως κηροπλαστῶν ἐντεῦθεν
Ὡς μέλισσα φιλόπονος ἀνθῶν ἐκ λειμωνίων,
Λαβυρινθώδεσί τισι καὶ γρίφοις ἐντυγχάνει.
Ὧν ἐκλεπίσαι τὸ σκληρὸν καὶ τὸ δεινὸν φωτίσαι,
Οὐδεὶς ὀρθῶς δεδύνηται καίτοι μυρίων ὄντων
Τῶν φήμην μεγαλώνυμον ἐχόντων ἐπὶ γνώσει.
Μεγάλως οὖν τῷ βασιλεῖ τότε βαρυθυμοῦντι
Εἷς τῶν προσκοίτων πρόσεισι καὶ θαλαμηπολούντων,
Καὶ τὸν Μεθόδιον ὑμνεῖ, καὶ πάντα καταλέγει,
Τὴν πολυμάθειαν αὐτοῦ, τὸ πόριμον, τὴν γνῶσιν,
Καὶ τὴν οὐρανοβάμονα σύνεσιν καὶ σοφίαν·
Εἴ τι θεόθεν κινηθεὶς, εἴτε καὶ φίλτρον τρέφων
Πρὸς τὸν αἰθέριον ὁμοῦ καὶ θεοφόρον ἄνδρα.
Ἀκούει ταῦθ' ὁ βασιλεὺς, μετάπεμπτον ποιεῖται
Τὸν ἱερὸν Μεθόδιον, ἐξάγει τοῦ σπηλαίου,
Ὡς ἀπὸ κόχλου μάργαρον, ὡς ἀπὸ νέφους ἄστρον,
Ἀκτῖνας ἀποστίλβοντα φαιδρὰς πυρμαρμάρους
Καὶ ζόφον ἀπελαύνοντα καὶ σκοτασμὸν ἀγνοίας.
Τῆς γλώσσης οὖν γευσάμενος Θεόφιλος τῆς τούτου,
Ἐγκατοικίζει τὸν καλὸν καλῶς ἐν βασιλείοις
Ὡς χρῆμα πολυτίμητον ἐν θησαυροῖς ἀσύλοις,
Ὡς λίθον μεταστίλβοντα πυραύγην φωτοβρύτην.
Κἀκεῖ παρακαθήμενος τῷ χρυσορρόῳ Νείλῳ
Ἤντλει τὴν πόσιν δαψιλῆ τῶν γλυκυχύμων ῥείθρων.
Πορθμὸν δὲ μᾶλλον ποταμὸν τὸν τῆς ῥευστῆς οὐσίας,
Ὃν πάντα περικείμενον πάχος θνητοῦ σαρκίου
Ἀμήχανον μὴ διελθεῖν· ἐπείγει γὰρ ἡ φύσις,
Ἡ ταχυεργὸς πορθμεύτρια τὸ χρέος ἀπαιτοῦσα
Ἔτος ἤδη δωδέκατον τῆς βασιλείας ἄγων,
Τῷ στέφει κατακόσμησε τὸν Μιχαὴλ τὸν παῖδα,
Ἔτι παιδίσκον ἁπαλὸν ὄντα τὴν ἡλικίαν.
Τὸ νεαρὸν δὲ τοῦ παιδὸς ὡς θεῖος ὑποπτεύων

Const. Man.

A datos fuisse diximus, per vim solum vertere coacti, piscatore quodam reperto, litteras viro justo perbreves, versu jambico scripsere, quas ab interitu vindicandas ratus, hoc loco subjicere volui.

*Vivo perempto, vivificoque mortuo,*
*Terram incolenti, ac pariter calcanti polum.*
*Scripsere vincto vincti, & inscripti notis.*

Eis ille respondens, in hæc verba rescripsit:

*Libris vicissim descriptos cælestibus.*
*Faciesque non sine laude compunctos notis,*
*Secum salutat vinctos vivus obrutus.*

Hi disertorum hominum versus aurei, reapse divinum quemdam nectaris suc- B cum stillant. Cæterum præclarus pugil Methodius, quum toleranter in illo tristi carcere sese gessisset, dentes amisisset, maxillas contusas haberet, omnique genere suppliciorum excruciatus ab impiis hominibus per summam inhumanitatem non aliter esset, atque ferream incudem malleis excusores contundunt: ad extremum inde prodiit, ortus diurni solis instar, volente scilicet (ut credi par est) Deo, qui abyssos perspicit, & Cherubis a Seraphis insidet, insignem hunc virum ceu munitam urbem in monte sublimi collocare, ne tanta virtus, veluti lucerna sub modio, tristi caliginosoque specu abdita lateret. Accidit enim, ut C Theophilus Imperator lectitandis libris semper occupatus, unde alveolos scientiæ fingebat, quemadmodum apis sedula de pratorum floribus, in griphos & labyrinthis consimiles quædam incideret, ita ut dura istæc quasi decorticare, ac obscura illustrare nemo recte posset, tametsi vel sexcenti apud ipsum essent, doctrinæ fama celebres. Quum igitur Imperatori permolesta hæc res accideret, & animum ejus angeret, quidam ex proceribus & cubicularils accedens, Methodium prædicat, indicatis dotibus, doctrinæ magnitudine, scientiæ copia expedita & abundanti, prudentiæ sapientiaque vertice suo cælum ipsum attingente: sive divinitus, ut hoc faceret, commotus: D sive clandestinum amorem alens erga virum mente cælestem, & numine divino plenum. Hæc Imperator audiens, Methodium de specu eductum (ceu unionem e concha, sidus e nube) virum clarissimis radiis refulgentem, & tenebras atque caliginem ignorantiæ discutientem, ad sese revocat & invitat. Quumque gustum linguæ Methodii percepisset, homini præclaro in regia domicilium adsignat, tamquam magni rem pretii, gemmamque splendidam, rutilantem, lucidam in thesauris inviolabilibus & inaccessis collocans, atque heic frequenter adsidens Nilo illi aurifluo, de dulcissimis æquis largiter hauriebat. Quum E autem trajecturus esset amnem essentiæ interitui obnoxiæ, quem omnes crasso corpore circumdatos permeare necesse est, (ita nimirum jubet natura, quæ velox est trajectrix, & abs quovis debitum exigit) annum jam duodecimum imperans: Michaelum F. admodum puerum adhuc, Imperiali corona redimit. Quia vero abs re tenera istæc ætas patri suspecta erat,

Qua occasione Methodius ab exsilio sit revocatus.

Edit. Parif. pag. 101.

MICHAELUS III. cognomine Temulentus, Imp.

matrem Imperii consortem facit, ut quæ filio curatricis loco futura esset. Ea superiori tempore tamquam nocturna discipula, Nicodemo illi timido similis, sacras imagines occulte venerabatur. Nunc autem alta voce ac libere profitebatur id, quod sentiebat, eratque tuba clara: vel potius ut avicula canora, pullorum altrix, implumes ex locis omnibus volucres cogebat, quotquot abdiderant sese, donec anceps præteriret. Et quamvis semina præstantissima sub corde tegeret, ut agellus ferax, ut pinguis sulcus: hyeme tamen sæviente germen nullum protulerat. Nunc autem elapso longe acerbissimo illo hyberno tempore, ac vere suaviter ridente, pristinamque tristitiam dissipante, multipliciter pullulabat, & segetem copiosam ferebat, velut ager excitatus a favoniis, & ejus spiritus gratia, qui omnia perficit. Quamobrem coactis hominibus acceptis Deo, quos non inepte dixeris industrios soli fossores, spinas oppugnationis imaginum prorsus evulsit. Cumque divinos homines ardenter obsecrasset, ut preces ad Deum pro marito defuncto funderent, idque persuasisset eis, & plane jam certior esset facta, Theophilum alterius vitæ suppliciis liberatum esse: forte cum sanctis illis hominibus, instructo valde opimo convivio, prandebat. Intererat huic præter alios etiam aurea lingua præditus ille Theophanes, cujus faciei notæ non sine dolore magno inustæ fuerant. Erat autem hoc tempore princeps urbis Nicænæ pastor. Eum Theodora quum oculis defixis intueretur, ac viri tolerantiam admirari videretur: re Theophanes intellecta, cum asperis durisque verbis: Vides, inquit, o Imperatrix, inustas hasce fronti meæ notas? Earum causa illo in judicio contra maritum tuum experiar, ubi judex universalis integerrime judicat, nec vel personam cujusquam respicit, vel muneribus corrupisse patitur, vel purpuream chlamydem reveretur. Ad ea verba laudatissima Imperatrix ejulatu ex intimo corde sublato, vocem hanc miserabilem edidit, interni doloris testem: Hæccine mihi, vir admirande, tuque totusque cœtus hic de Imperatore meo mihi polliciti estis? Ibi divinus & ore melleo præditus ille Methodius, qui tunc apud Romam novam sacri gregis pastor erat, nimia Theophanis audacia ferociaque reprehensa, præclaram Imperatricem consolatur, arte rivos lacrymarum obstruit, gravem cordis tempestatem sedat, emollientibus animum verbis, tamquam oleo quodam instillatis. Cæterum quamdiu puer erat Imperator, matrem Theodoram secum habebat, quæ omnia dextre gerebat, Imperiumque præclare administrabat. Verum ubi Michaelus maturam ad ætatem pervenit, jamque solus amplitudinem negotiorum Imperii procurare cœpit: reapse verum illud probavit esse, quod

Edit. Parif. pag. 102.

Acerba vox Theophanis.

Methodius patriarcha Theophanem castigat.

A Συγκοινωνὸν ἐκέλευσεν αὐτῷ καὶ τὴν μητέρα,
Τοῦ κράτους ὡς φροντίστριαν αὐτῷ γενησομένην.
Η μέχρι τότε νύκτερον ἔχουσα μαθητείαν,
Καὶ σέβουσα τὰς ἱερὰς μορφὰς ἐν παραβύστῳ,
Νικόδημος ἂν εἴποι τις ἀκάρδιος δειλόνους,
Τότε τορὸν ἐβόησε καὶ μετὰ παῤῥησίας,
Καὶ σάλπιγξ ἐχρημάτισεν εὔσημος χρυσοσάλπιγξ,
Καὶ μᾶλλον καλλικέλαδος νεοτροφὸς ὄρνις,
Στρουθοὺς ἐπισυνάγουσα πάντοθεν τοὺς ἀπτέρους,
Περικρυβέντας μέχρις ἂν ὁ θηρατὴς παρέλθῃ.
Καὶ σπέρματα τερπνογενῆ χοῦσα τῆς καρδίας,
Ὡς ἄρουρά τις ἔγκαρπος, αὖλαξ λιπαροβῶλαξ,
Χειμῶνος μὲν πιέζοντος οὐκ ἀνεδίδου βλάστην.
B Ὡς δὲ παρῆλθε τὸ πικρὸν τῆς χειμερίας ὥρας,
Τὸ δ' ἔαρ ὑπεγέλασε, καὶ τὸ στυγνὸν ἐλύθη,
Τότε δὴ τότε καὶ βλαστὸν ἐξήνεγκε πολύχουν,
Καὶ λήιον πολυσταχές, καὶ πλῆρες εὐκαρπίας,
Ὡς αὔραις κυμαινόμενον εὐπνόοις ζεφυρείαις,
Τοῦ πνεύματος ταῖς χάρισι τοῦ πάντα τελειοῦντος.
Ἀγχιθεάζοντας ἑκοῦσα ἄνδρας συναγαγοῦσα,
Δικελλίτας ἂν εἴποι τις φιλοέργους δοκίμους,
Τὴν ἄκανθαν ἀνέσπασε τῆς εἰκονομαχίας.
Ἐνθέρμως δ' ἱκετεύσασα τοὺς θεσπεσίους ἄνδρας
Ὑπὲρ τοῦ συζυγήσαντος λιτάσασθαι τὸ θεῖον,
Καὶ πείσασα καὶ πίστωσιν τελείαν δεξαμένη,
Ὡς τῆς βασάνου τῆς ἐκεῖ Θεόφιλος ἐῤῥύσθη,
C Ὁμόδειπνος ἐγένετο τοῖς ἱεροῖς ἀνδράσιν
Ἁβρὰν λιπαροτράπεζαν ἑστίασιν τελοῦσα.
Σὺν τοῖς δ' αὐτοῖς ὁ χρύσεος τὴν γλῶτταν Θεοφάνης,
Ὁ τὴν πικρὰν ὑπενεγκὼν στίξιν ἐν τῷ προσώπῳ,
Τῆς Νικαέων πόλεως ὢν ἀρχιθύτης τότε.
Ὡς τοίνυν ἐνητένιζεν ἡ Θεοδώρα τούτῳ,
Καὶ τὸ καρτεροκάρδιον ἐῴκει θαμβουμένη,
Συνεὶς ἐκεῖνος ἔφησε πικρῶς καὶ πικροθύμως.
Ὁρᾷς τὴν προμετώπιον ἅπασαν ταύτην στίξιν;
Ἕνεκα ταύτης πρὸς τὸν σὸν δικάζομαι γαμέτην,
Ὅπου κριτὴς ὁ πάγκοινος ἀδέκαστα δικάζει,
Οὐδὲ λαμβάνει πρόσωπον, οὐδὲ δωροληπτεῖται,
Οὐδὲ τὴν περιπόρφυρον χλαμύδα δυσωπεῖται.
Πρὸς ταῦθ' ἡ περιλάλητος ἐν γυναιξὶν ἐκείνη
D Περιπαθῶς οἰμώξασα καὶ μέσης τῆς καρδίας,
Καὶ δάκρυσι στακτοῖς αὐτῆς τὸ πρόσωπον θερμαίνη,
Ὡς κρήνη τις μελάνυδρος ὑψόθεν τῆς πέτρας
Τὸν ῥοῦν ἐκκρουνίζουσα φλεβῶν ἐκ ναματίων,
Φωνὴν ἐξέῤῥηξεν οἰκτρὰν δεῖγμα τῆς ἔνδον ζάλης.
Οὐ ταῦτά μοι θαυμάσιε περὶ τοῦ βασιλέως
Καὶ σὺ καὶ σύμπας ὁ χορὸς οὗτος κατεπαγγέλλει.
Ἐνταῦθ' ὁ μελιχρόγλωττος Μεθόδιος ὁ θεῖος
Ἀγελαρχῶν τῆς ἱερᾶς ποίμνης τῆς νέας Ῥώμης
Ἐπιῤῥαπίζει τὸ πολὺ τῆς τόλμης Θεοφάνους,
Παραμυθεῖται τὴν καλὴν ἐκείνην βασιλίδα,
Τοὺς τῶν δακρύων ὀχετοὺς εὐτέχνως ἀνακόψας.
Κατευνάζει τὸν βαρὺν κλύδωνα τῆς καρδίας,
E Λόγους ψυχῆς μαλακτικοὺς ὡς ἔλαιον σταλάξας.
Μέχρις γὰρ ἂν ὁ βασιλεὺς ἦν ἔτι παιδαρίσκος
Αὐτῷ συνῆν ἡ βασιλὶς καὶ μήτηρ Θεοδώρα,
Καὶ πάντ' ἐποίει δεξιῶς, ἰθύνουσα κοσμίως
Τὴν ναῦν τὴν μεγαλόφορτον τῆς σκηπτροκρατορίας.
Ἐπεὶ δ' εἰς ἥβην ἔλασεν ὁ Μιχαὴλ ἀκμαίαν,
Καὶ μόνος ἐπεδράττετο πραγμάτων πλειόνων,

Ἔργοις τὸ μυθευόμενον ἔδειξεν ἀληθεύειν.
Ὡς ἄλλος γὰρ αὐτόχρημα Φαέθων νεανίζων
Ἐφ' ἅρματος ἡνιοχῶν δι' ἵππων περιξόχου,
Καὶ τὴν Ῥωμαίων ἅπασαν ὤλεσε χωραρχίαν,
Αὐτός τε παπποπατρικῆς ἀρχῆς ἐξεδιφρεύθη,
Καὶ κύμβαχος κατέπεσεν ἐπὶ βρεχμὸν καὶ νῶτα.
Ἐπεὶ γὰρ ὑγρόβιος ἄντικρυς ἄλλος Νέρων,
Πάροινος, μαλακόψυχος, μάχλος, ἀκρατοπότης,
Ὅλας χρημάτων ἀπαντλῶν ἀβύσσους τοῖς συμπαίκταις
Γελοιασταῖς καὶ ῥυπαροῖς ἁρματοστρόφοις μίμοις,
Ἅμα πρωῒ διώκουσι τὰς ἀκρατοποσίας,
Καὶ βίον τρυφερόβιον βιοῦσι συβαρίτην,
Λιχνευομένοις καὶ τρυφὰς ὄψων ἡδυσμάτων,
Καὶ πίνουσι καὶ παίζουσι καὶ γυναικομανοῦσι,
Ὡς πρὶν ὁ Σαρδανάπαλος ὁ Μήδων βασιλεύσας.
Τοιούτοις δή τισι σκευῶν διεφθαρμένοις τρόποις
Ἀρρητουργοῖς καὶ φαυλουργοῖς κακίας τελεσιάρχαις,
Ὁμόστολος ἐγένετο Μαινάδων θυρσοφόρων,
Καὶ ταῖς διονυσιακαῖς Βακχείαις ἐνετρύφα.
Ἐντεῦθεν πότοι καὶ χοροὶ καὶ μέθαι καὶ κρατῆρες,
Ἀσέμνων τε καὶ πορνικῶν ᾀσμάτων ἀπηχήσεις,
Καὶ λογισμοὶ γελωτουργοὶ καὶ πᾶσα ῥυπαρότης.
Μῦθοι μὲν οὖν Ἀκταίωνα φασὶ τὸν θηροφόντην
Ὡς κύνες διεσπάσαντο λυττήσαντες ὡς θῆρα
Κόλακες δὲ τὸν Μιχαὴλ περιτειχικότες,
Ἐξυρισμένοι πώγωνας, ἐψιμμυθιωμένοι,
Εἰς ποῖον βάραθρον αὐτὸν κακίας οὐκ ἐρρίπτουν;
Ἐντεῦθεν ὁ περίοπτος ὁ τῶν Ῥωμαίων Κράτωρ,
Αὐτὸς αὐτὸν ἐπέβαινεν ἁρμάτων χρυσαυγῶν,
Τετραώροις ἐπεκάθητο καὶ δίφροις χρυσοδίφροις.
Καὶ θησαυροὶ μὲν πάντοθεν χρημάτων ἀπηντλοῦντο,
Καὶ τὰ Ῥωμαίων ἐν στενῷ πράγματα καθειστήκει.
Κόλακες δὲ καὶ χρήμασιν ἀφθόνοις ἐνεπάθουν,
Καὶ χιτωνίοις τρυφεροῖς καὶ πέπλοις χρυσοπλάστοις.
Οὕτως ὑγρῶς καὶ μαλακῶς ὁ Μιχαὴλ ἐβίου.
Πολλάκις δὲ μηδὲ τινος κατεπειγούσης χρείας
Ἄτερ φυλάκων καὶ φρουρᾶς ἄτερ δορυφορουμένων
Μόνος αὐτὸς παρώδευεν ἐν μέσοις ταῖς τριόδοις
Ἀσέμνως θεαζομενῶν, χαίρων ἱππηλασίαις.
Ἐγένετό τε καὶ πατὴρ παιδίων κατὰ πνεῦμα,
Τῶν μίμων τὰ βρεφύλλια καὶ τῶν ἁρματοστρόφων
Οἷα πατὴρ φιλόστοργος φέρων ἐν ταῖς ἀγκάλαις
Ἐκ τοῦ λουτροῦ προκύπτοντα τῆς θεογενεσίας.
Ἐντεῦθεν οὐκ ἐξήρκουν γὰρ αἱ φλέβες τοῦ χρυσίου
Ἐπὶ τοσούτους ἀγωγοὺς κενούμεναι κοπρώδεις,
Αἱ χρυσοσκεύαστοι στολαὶ τῶν πάλαι βασιλέων,
Καὶ δένδρα τὰ κατάχρυσα, στρουθία τε τὰ λάλα,
Καὶ λέοντες σφυρήλατοι χρυσοῦ πεποιημένοι,
Καὶ πᾶν ἁπλῶς βασίλειον λάμπον ἐν ἀνακτόροις,
Ἅπερ τὸ πρὶν Θεόφιλος εἰργάσατο φιλοτίμως,
Εἰς λάλημα περίλαμπρον ἐσόμενα Ῥωμαΐδος,
Χωνείᾳ παρεδίδοντο, κακῶς ἐξεκενοῦντο
Εἰς μυσαροὺς καὶ βδελυροὺς σωλῆνας πολυτρόπως.
Οὐ ταῦθ' ὁ δ' ὁ χοιρόβιος τετόλμηκε καὶ μόνα,
Ἀλλ' ἐπὶ χεῖρον ζωὴν προκόπτων ὁσημέραι
Ἐλύττησεν ὁ κάκιστος κατὰ τῶν μυστηρίων
Τῶν ἱερῶν καὶ Σεραφὶμ αὐτοῖς ἀξιοσέπτων,
Καὶ σίναπι δριμύχυμον ἐγχέων εἰς κρατῆρα

A est in fabulis. Quippe mox ut alter quidam juvenis Phaeton, curru conscenso, totum Romanorum Imperium perdidit, & ipse de avito patritoque regno, veluti curru quodam, est deturbatus & excussus, non pronus tantum cadens, sed etiam dorsum lædens. Quippe luxuriosæ humidæque vitæ se dedidit, velut alter Nero, immodestus in vino, animo effœminato, impudicus, temulentus, totas pecuniarum abyssos in collusores exhauriens, qui erant scurræ impuri, curruum agitatores, mimi, a primo dilucalo temulentiæ dediti, delicias eiborum & suavium opsoniorum avide quærentes, totos dies apud inverecundas mulierculas exigentes, po- B tores, ludiones, libidinum flammis furentes: qualis scilicet olim erat ille Sardanapalus, rex Ninevitarum. Ejusmodi hominum consuetudine utens, temulentia nimirum perditorum, infanda & turpissima quæque perpetrantium, vitam plane Sybariticam degentium: etiam Mænadas illas thyrsigeras comitabatur, & orgya Bacchi celebrabat. Hinc compotationes, saltationes, ebrietates, crateres, inhonestorum ac meretriciorum carminum cantiones, directæ tantum ad excitandos risus cogitationes, omnis impuritas denique. Tradunt fabulæ, ferarum interfectorem illum A- C ctæonem a correptis furore canibus ceu feram dilaceratum esse. At vero adsentatores barbas rasi, & cerusa fucati, quum Michaelum circumstipassent, & indagine quasi cinxissent, in quod barathrum, quum vitiorum voraginem eum non conjecerunt? Hinc fiebat, ut spectabilis ille Romanorum Imperator ipsemet currus aureos conscenderet, ac quadrigis insideret. Pecuniarum thesauri undique prorsus exhauriebantur, resque Romanorum in angulum cogebantur. Interim adulatores in maxima pecuniarum abundantia jucunda vivebant, amicti tunicis D delicatis, & peplis auro intertextis. Adeo temulentam mollemque vitam Michaelus agebat. Nonnumquam nulla necessitate cogente solus absque satellitum corporisque custodum comitatu mediis in triviis obambulabat, indecore ac furenter adamans spectacula, deque agitationibus equorum voluptatem capiens. Etiam spiritualium liberorum pater fiebat, infantes mimorum & aurigarum ceu benignus pater in ulnis gestans, e lavacro divinæ regenerationis susceptos. Itaque auri venæ nullæ sufficiebant, quum in tot stercoreos canales exhaurirentur. Vestes ex auro factæ priscis ab Imperatoribus, arbores aureæ, canoræ aviculæ, solido ex auro fabrefacti leones, omnia denique ornamenta Imperatoria, quæ in aula splendebant, & a Theophilo magnifice fuerant ad celebrationem Romani nominis confecta, fornaci conflatoriæ tradebantur, & scelerate in exsecrabiles quosdam quasi tubos evacuabantur. Neque tantum hæc ausus est imitator ille vitæ porcinæ designare, sed etiam quotidie profectus in turpitudine quosdam faciens, adversus sacrosancta mysteria, Seraphis ipsis venerabilia, vir nequissimus debacchabatur. Quippe acrem sinapi suc-

Michaelus alter Phaeton.

Neronem & Sardanapalum imitatur.

Edit. Paris. pag. 103.

Michaelus ab adulatoribus corruptus.

Profusiones Michaeli.

cum in craterem fundens sacrum illud formidabile repræsentabat, ludens (ut dici solet) in iis, quæ ludum jocumque non admittunt, & ridens in minime ridiculis. Ita viventem Michaelum mater videns, & Imperatorem Romanum factum esse ludicrum, totis visceribus & animo commovebatur, eumque verbis castigabat, corrigebat, exhortabatur. Sed (quod proverbio dicitur) cum mortuo colloquebatur, & admonitiones apud surdum

*De Barda Cæsare.*

cantillabat. Erat Michaelo Bardas avunculus qui occupato Michaeli animo non aliter atque vermis in dulce lignum irrepit, homo scilicet fraudulentus, sursum deorsum cuncta volvebat, & jam Mich. cor exederat.

*Edit. Paris. pag. 104.*

Hic tandem ei persuadet, ut Imperatricem Theodoram ex aula ejiceret, ac se Cæsarem crearet. Hoc modo miserum illum solum desertumque nactus, quique (ceu vulgo dici consuevit) hominum furiosorum more, sinistra dexteram manum absciderat; vel potius plane jam manibus spoliatum, aut secundum Æsopicam illam fabulam, ovi dementi consimilem factum, de lupi consilio pulsis canibus, Imperium ab Imperatore ad se transferebat, omniaque pro arbitratu animi sui gerebat at Imperator.

*Incestus Bardæ.*

Quinetiam in flagitium ingans provolvebatur, quale nec Scytha quispiam, nec Persa, nec Sarmata designaret. Nam cum filii conjuge (proh fœdam lasciviam) non aliter consuescebat, atque si tori legitimi consors esset.

*Ignatius patriarcha Bardam castigat.*

Hoc terribile facinus ubi magnus Ignatius ille comperit, qui eo tempore novam Romam gubernabat (erat enim omnium in ore piaculum illud, passimque per compita & ædes jactabatur) Bardam Cæsarem verbis castigabat metum incutientibus, adjectis sequuturæ vitæ suppliciorum minis, terrebat hominem, in viam revocabat, reprehendebat, admonebat, omnem machinam adhibebat, ut malum illud exscinderet. Sedenim verum erat omnino verbum illud Solomonis, qui vetat improbos taxari & reprehendi. Nam reprehensiones sunt hominibus impiis flagrorum instar, & corda perversa veluti sagittæ feriunt. Nimirum objurgationibus hisce Bardas Cæsar exacerbatus, non modo nihili fecit eas exhortationes: verum etiam conceptam adversus monentem iracundiam & indignationem alebat non aliter agens, atque si saniosos aliquo curare volente, illi non

*Ignatius solio dejicitur.*

tantum aufugiant, sed etiam erga bene facientem excandescant. Quum igitur aliquando Bardas accederet ad mysteria, nec divinum illud munus a patriarcha consequeretur: (non enim unguenta fragrantia vasi putido committuntur) inflammatus iracundia leonis in morem rugit, ceu violenta pardalis in hominem justum insilit, lacerat,

*Photius patriarcha.*

a clavo summovet. Ejus in locum Photium substituit, proh qualem pro quali viro! Ex eo tempore miseriarum æstus Ignatium jactabat, & demergere virum conabatur. Cæsar auras adflabat, tamquam graviter spirans aquilo, vel sævus ille tempestatesque ciens subsolanus: quo flante, procellæ graves concitabantur. Quis ea mala satis exponere possit, quibus Igna-

A Τὴν ἁγιστείαν τὴν φρικτὴν ὅθεν ἐπλαστάρχει,
Παίζων φησὶν ἐν οὐ παικτοῖς, γελῶν ἐν ἀγελάστοις.
Οὕτω βιοῦντα Μιχαὴλ ἡ μήτηρ καθορῶσα,
Καὶ παίγνιον γινόμενον τὸν κράτορα Ῥωμαίων
Τὰ σπλάγχνα συνεστρέφετο, ψυχὴ συνεδονεῖτο,
Καὶ λόγοις ἐσωφρόνιζεν, ἐρρύθμιζε, παρῄνει,
Βδελυρωτάτων αἰσχρουργιῶν ἀπάγειν ἐπειρᾶτο.
Ἀλλ' ἦν τὸ δὴ λεγόμενον νεκρῷ προσομιλοῦσα,
Παρὰ κωφῷ ψαλάττουσα τὰς παραινετηρίους.
Ἦν δὲ μητράδελφος αὐτοῦ Βάρδας ὠνομασμένος,
Ἄνθρωπος κακομήχανος, ἄγων καὶ στρέφων πάντα.
Ὃς ὑπελθὼν τοῦ βασιλεῦ ὡς σκώληξ γλυκυξύλῳ,
Καταφαγών τε τὴν αὐτοῦ καρδίαν καὶ συντήξας,
B Πείθει τὴν μὲν βασίλισσαν ἐλάσαι Θεοδώραν,
Καὶ τὴν τεκοῦσαν ἔκπτωτον θέσθαι τῶν βασιλείων,
Στεφάνῳ δὲ τοῦ Καίσαρος αὐτὸν καταγλαΐσαι.
Ἔρημον οὖν παραλαβὼν τὸν ἄθλιον ἐκεῖνον,
Καὶ τὸ περιφερόμενον ἐκκόψαντα τὴν χεῖρα
Τὴν δεξιὰν ἀριστερᾷ κατὰ τοὺς μαινομένους,
Μᾶλλον δ' εἰπεῖν ἀπάλαμνον ἄχειρα γεγονότα,
Ἢ κατὰ τὸ μυθούργημα τῆς Αἰσωπείας λύρας,
Προβάτιον εἰς ἄνοιαν αὐτόχρημα φανέντα,
Καὶ κύνας ἀπελαύνοντα τῇ συμβουλῇ τοῦ λύκου.
Καὶ πᾶν ἐποίει βουλητὸν ἄντικρυς ὡς αὐτάναξ.
Οὐ μὴν ἀλλ' ἐκεκύλιστο καὶ πρὸς παρανομίαν,
Οἵαν οὐ Σκύθας δέδρακεν, οὐ Πέρσης, οὐ Σαρμάτης,
C Υἱοῦ γνησίου γαμετῇ, φεῦ ἀκολάστου γνώμης!
Μιγνύμενος ὡς ἑαυτῆς ἀναφανδὸν συλλέκτωρ.
Ἤκουσε τοῦτο τὸ δεινὸν Ἰγνάτιος ὁ μέγας,
Ὁ τηνικαῦτα κυβερνῶν τὴν βασιλίδα πόλιν.
Ἦν γὰρ περιλαλούμενον ἐν ἀγυιαῖς, ἐν οἴκοις,
Καὶ πάντων περιέτρεχε τὰς ἀκοὰς τὸ μύσος.
Καὶ τοίνυν ἐσωφρόνιζε τὸν γέροντα τὸν Βάρδαν
Λόγοις, φοβήτροις, ἀπειλαῖς τῶν μελλουσῶν βασάνων;
Ἐπέπλαττε, κατήρτιζεν, ἤλεγχεν, ἐνουθέτει,
Πᾶσαν ἐκίνει μηχανὴν εἰς ἐκκοπὴν τοῦ πάθους,
Ἀλλ' ἦν ἐν πᾶσιν ἀληθὴς ἡ Σολομῶντος λύρα,
Ἐλέγχειν ἀποτρέπουσα τοὺς κακογνωμονοῦντας,
Ἔλεγχοι γὰρ ὡς μώλωπές εἰσι τοῖς ἀσεβέσι,
Καὶ πλήττουσιν ὡς βέλεμνα τὰς ἀσεβεῖς καρδίας.
D Ὁ Καῖσαρ γὰρ ἐκπικρανθεὶς τοῖς ὀνειδιστηρίοις
Ῥήμασιν οἷς ἐπλήττετο παρὰ τοῦ θεοφόρου,
Οὐ μόνον οὐκ ἐφρόντιζε τῆς παραινετηρίου,
Ἀλλὰ καὶ κότον ἔτρεφε κατὰ τοῦ παραινοῦντος.
Ὅμοιον δρῶν ὡς εἴ τινες ἰχώρων πεπλησμένοι
Νοσοκομοῖντο πρός τινος, οἱ δ' ἀποδυσπετοῖεν,
Καὶ μᾶλλον ἀγριαίνοιντο πρὸς τὸν εὐεργετοῦντα.
Ἐνθένδε Βάρδας προσελθὼν ποτὲ τοῖς μυστηρίοις,
Καὶ μὴ τυχὼν τῆς δωρεᾶς ἐκείνης τῆς ἐνθέου.
Οὐ γὰρ πιστεύεται σαπρὸν ἄγγος εὔοσμα μύρα.
Καὶ πρὸς θυμὸν ἐκπυρωθεὶς ὡς λέων ἐμβρύχας,
Ὡς πάρδαλις ἐφάλλεται ῥαγδαία τῷ δικαίῳ,
Καὶ ῥηγνῦσι καὶ κατασπᾷ θείας πηδαλουχίας.
E Ἀντιφιστᾷ δὲ Φώτιον. φεῦ, ἀντὶ τίνος ποῖον!
Ἐντεῦθεν ἐπεπάφλαζεν ἅλμα πειρατηρίων
Τὸν ἱερὸν Ἰγνάτιον ποντοῦν φιλονεικοῦσα.
Ὁ Καῖσαρ γὰρ ἐφύσησε βορρᾶς ὡς βαρυβόας,
Ὡς ἐγκλυδῶν ἄγριος, ὡς δύσπνοος ἀπαρκτίας,
Καὶ λαίλαπες ἠγέρθησαν βαρύθυμοι καὶ ζάλαι.
Ἀλλὰ γὰρ τίς συνήσεται τὰ πάθη τραγῳδῆσαι

Ὅσοις αὐτὸν ὑπέβαλον Φώτιός τε καὶ Βάρδας,
Ὡς ἂν ὑποσημειώνηται γραφὰς ἰδιογράφως,
Ὡς θέλων ἀποδύσασθαι τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα.
Ἀποῤῥιζοῦσι μὲν αὐτοῦ τὴν ὀδοντοφυΐαν,
Τὰς γνάθους, φεῦ! συντρίβουσι, τὰς σιαγόνας θλῶσι.
Καθάπερ δὲ χαιρομυσῆ λῄσταρχον κακεργάτην
Γυμνὸν, δεσμώτην, ἥλιε, γῆ προσεφαπλοῦσι;
Ψυχρομαργάρῳ λάρνακι δυσώδει κοπροφύρτῳ
Φέρουσι τὸν κατάπτυστον νεκρὸν τοῦ Κοπρωνύμου.
Ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος ἔλαθεν ἡ πάντολμος παλάμη,
Ὁ τεχνίτης δὲ τῶν κακῶν ἀπήντησε τὴν δίκην,
Καὶ τῶν δεινῶν ὁ σκευαστὴς θυμοῦ τὸν σκύφον πίνει.
Βάρδας μὲν οὖν τῷ βασιλεῖ βόθρον ὀρύσσων φόνου
Αὐτὸς ἐκεῖνος εἰς αὐτὸν ἐνδίκως κατεῤῥάγη.
Ὁ δὲ κακοῦργος Φώτιος ἐκβάλλεται τοῦ θρόνου.
Οὕτως οὐδὲν τὰ βλέφαρα Θεοῦ διαδιδράσκει.
Οὕτως ἀνταποδίδωσι Θεὸς ὑπερηφάνοις,
Καὶ λύρα ψάλλει τοῦ Δαβὶδ ἡ καλλιμελεστάτη.
Ὁ βασιλεὺς δὲ Μιχαὴλ διφρηλασίαις χαίρων,
Καὶ δαιμονίοις ἐντρυφῶν καὶ ταῖς φιλιππασίαις,
Σὺν οἷς καὶ συνδιέτριβε τοῖς θεατρομανοῦσιν,
Αὐτὸς ἀνταπληρῶν τὴν ἁρματοστροφίαν.
Καὶ δή ποτε τὸ τέτρωρον εὖ χαλινοστροφήσας,
Καὶ πρός τινος ἀναμνησθεὶς τοὔνομα Βασιλίσκου,
Ἀμείβεται τὸν ὑμνητὴν οὐ λίθοις οὐ χρυσίῳ,
Αὐτὸ δὲ τὸ βασίλειον ὕψος φιλοτιμεῖται.
Ὅπερ ἰδὼν Βασίλειος ὁ Μακεδὼν ὁ μέγας,
Ὁ παρ' αὐτοῦ τοῦ Μιχαὴλ κράτωρ προβεβλημένος,
Καὶ τὸ παλίμβολον αὐτοῦ τῆς γνώμης ὑποτρέσας,
Δεῖν ἔγνω προκαταλαβεῖν καὶ προκαταπαχῦσαι,
Ἐνθένδε φόνον κίρνησι τῷ Μιχαὴλ κράτορι,
Ἔτεσι πρὸς τοῖς τέσσαρσι δέκα κεκρατηκότι.
Καὶ μονοκράτωρ γίνεται καὶ κράτωρ σκηπτροκράτωρ.
Οὐ γὰρ θυγάτηρ, οὐχ υἱὸς τῷ βασιλεῖ ἐτέχθη.
Τὸ σπέρμα γὰρ φασὶ σοφοὶ τὸ τῶν ὀλισθηροφόρων
Εἰς ἀφροδίτης ὄργια τὸ γόνιμον οὐκ ἔχει.
Τοῦτον φασὶν τὴν ἄνασσαν ποτὲ θεασαμένην
Τὴν καὶ ψυχὴν βασίλισσαν καὶ τύχην Θεοδώραν,
Τοιαῦτ' εἰπὼν πρὸς Μιχαὴλ, ὦ βασιλεῦ, καὶ τέκνον,
Ὁρᾷς τὸν ἄνδρα τὸν πολὺν τοῦτον καὶ ῥωμαλέον
Τὸν παρὰ σοῦ τιμώμενον καὶ συνδιάγοντά σοι;
Οὗτος τὸ γένος, φεῦ. ἡμῶν ὡς δράκων ἐκροφήσει,
Καὶ προνομεύσει, καὶ κτενεῖ καὶ παντελῶς ἐκτρίψει,
Καθάπερ ὄρνιθος οἰκτρᾶς νηπίους ὀρταλίχους.
Ἀλλὰ γὰρ ἄξιον εἰπεῖν τὰ περὶ Βασιλείου,
Ὅθεν, καὶ τίνων ἔβλαστε, τίνες αὐτῷ γενάρχαι.
Κώμης μὲν οὖν ἐξώρμητο λιπαρᾶς προσγειτονούσης
Τῇ πρωτοπόλει τῇ λαμπρᾷ τῇ Μακεδόνων πόλει,
Ἣν ἐξ Ὀρέστου φέρουσαν τὴν προσεπωνυμίαν
Ἀδριανὸς δειμάμενος ὁ τῶν Ῥωμαίων κράτωρ
Τὴν κλῆσιν ἐχαρίσατο τῇ πόλει τὴν ἰδίαν.
Οἱ δὲ γονεῖς καὶ φυτουργοὶ τοῦ καλλικλάδου δένδρου
Οὐ πολυτάλαντοί τινες, ῥυηφενεῖς οὐκ ἦσαν,
Οὐδὲ προβατοθρέμμονες, οὐ πλέθρα γῆς αὐχοῦντες,
Ἀλλ' αὐτουργοὶ, καὶ πένητες, καὶ τῶν χειροβιώτων.
Ὧν ἐκλειπόντων τὴν ζωὴν, καὶ γῆθεν μεταστάντων,
Καὶ τῶν Βουλγάρων ἄρχοντος τοῦ τηνικαῦτα Κρούμου
Ἐπιδραμόντος σύμπασαν τὴν ὑπὸ τοὺς Ῥωμαίους,
Καὶ σκύλων ὑποπλήσαντος αὐτοῦ τὴν στραταρχίαν,

A tium Photius & Bardaa excruciabant? Nimirum ut propriæ manus subscriptione testaretur, amictum se sacrum sponte sua deponere, dentes homini radicitus excutiunt, genas contundunt, maxillas frangunt, ceu piacularibus flagitiis gaudentem, latronum ducem, maleficum, nudum, & vinctum (o Sol, o terra!) in frigidum sepulcrum marmoreum, fœtens, pollutum stercore, quo abominabile cadaver Imperatoris Copronymi continebatur, extensum toto corpore deponunt. Sed hæc audens quidvis manus perpetuo Deum latere non potuit. Quippe malorum machinator pœnas luit, & auctor ærumnarum Ignatii scyphum iracundiæ divinæ hausit. Bardas enim B foveam cædis Imperatori fodiens, ipsemet in illam justo judicio præceps corruit: sceleratus autem Photius ille solio patriarchico deturbatus est. Sic nihil omnino divinos oculos fugit: sic Deus superbis mercedem suam tribuit, quemadmodum elegantissima Davidis lyra canit. Cæterum Michaelus Imperator ex aurigationibus voluptatem capiens, saltem apud illos degebat, qui spectaculis ad insaniam usque semet oblectabant, & ipsemet curule certamen peragebat. Quum aliquando quadrigam solierter admodum converteret, hoc nomine laudatus a quodam Basilisco, prædicatorem illum suum non C auro, nec gemmis donabat: sed Imperatoriam ei sublimitatem largiebatur. Id ubi videret magnus ille Basilius Macedo, qui jam renuntiatus a Michaelo fuerat Imperator, inconstantiam hominis veritus, antevertendum celeriter ejus conatum statuit. Quapropter craterem lethiferum Michaelo miscet, regno per XIV. annos potito, ac Imperium occupat. Quippe Michaelus neque masculam, neque fœmineam sobolem habebat: quod de sententia doctorum hominum, semen proclivium in Venerem minime fœcundum sit, nec ad procreationem aptum. Memoriæ proditum est, Imperatricem Theodoram, vere animo judicioque regiam D fœminam, quum intuita Basilium aliquando esset, hujusmodi verbis Michaelum filium compellasse: Videsne virum hunc, Imperator & fili, præclarum atque robustum, quem honore tu adficis, & perpetuo tecum est? Hic familiam (heu) nostram draconis in morem absorpturus est, vastaturus, interfecturus, omnino exstirpaturus, tamquam implumes infelicis gallinæ pullos. Enimvero pretium operæ fuerit, de Basilio pleraque recensere, unde prognatus, & ex quibus fuerit, quosve generis auctores habuerit. Ortus igitur est ex tenui pago vicino principi clarissimæque E Macedonum urbi, quam prius ab Oreste cognominatam, deinceps Imperator Romanorum Adrianus ab se instauratam, de suo nomine nuncupavit. Parentes autem ejus nec opulenti erant, nec divitiis abundantes, sed plane inopes, laboreque manuum suarum victum quærentes: quibus vita functis, & Bulgarorum principe Crumo ditionem omnem Romanam cum copiis

*Edit. Parif. pag. 105.*
Crudele facinus.
Bardæ interitus.
Insania Michaeli.
Basilius Macedo Imp.
Theodoræ præsagium de Basilio.
Origo Basilii.
*pag. 106.*
Orestius deinde Adrianopolis.

percutiente, suosque milites opimis spoliis collocupletante, & extincto omni juventutis flore, multisque in captivitatem redactis, Basilius etiam captus est a Bulgaris tanquam avicula quædam prædita venustis alis ab aucupe diro.

*Basilius pro mercede servit.*

Quum autem e sævis Bulgarorum laqueis evasisset, intra fines Romanorum reversus, ceu pauper operas alias suas pro mercede locabat, in quo vitæ genere varias ærumnas pertulit, & labores magnos exantlavit. Tandem animadverso, se suos hosce labores in sterile solum spargere, propinquis suis relictis e patria discedit, & cætera omnia pro nihilo ducens recta Byzantium contendit. Cum autem urbem pulchras turres habentem ingressus est, heic mihi consilium artificiosissimum vide, quo pacto radices rerum multo ante jecerit, & quam veneranda res sit Imperium. Forte cubabat alicubi consopitus Basilius, non refecto corpore, laceris pannis obsitus, capite convoluto & tecto. Cubabat autem in pavimento quodam latericio, vicino divini Diomedis ædi.

*Constantinopolim venit.*

*Visum nocturnum æditui S. Diomedis.*

Secundum hæc somnium æditui felix offertur, eumque similiter quiescentem excitat, & Imperatorem intro jubet deducere. Tum de lectulo suo desilit æditus, & ad fani vestibulum recta descendit: Basilium tenuiter istic dormientem invenit, humi stratum, pedibus illotis, vestibus sordidis & pannosis obsitum. Itaque pro quodam errore visum hoc oblatum sibi ducit, & inde discedit. Rursusque obdormiscenti prius illud visum semet offert, idque vice tertia. Vix tandem æditus rem intelligere cœpit, & Basilium suas in ædes deducit, & convenienti cura eum reficit.

Erat autem Basilius facie admodum venustæ, generosus inprimis, manibus giganteis, pectore lato, robustis lacertis præditus. Itaque ex eo tempore paulatim robur suum manifestum faciens, in ore magnatibus universis erat. Quid multis & supervacaneis verbis opus est? Etiam Michaelo innotuit, ac primo quidem curatoris equorum dignitate cohonestatur: deinde fit accubitor, quæ dignitas apud Romanos ingens est: tandem creatur Imperator, ea quo jam tempore semper eodem in contubernio cum Michaelo degebat. Quumque damnasset eum, ceu vinolum ac temulentum, gladio viscera trajecit, & ante tempus Imperium rapuit. Initio Photium ecclesia pellit, & Ignatio thronum restituit. Quumque liberalis in cives pecuniis erogandis esse vellet, perquisitis ærariis, quæ prius ingentes pecuniarum copias continebant, quum omnia squalere cerneret, nec hauriri quidquam ex eis posse, dolebat, rem graviter ferebat, inops consilii hæsitabat, quid futurum esset ignorabat, undique coarctabatur. Nam egens Imperator, & magnis ab opibus destitutus, reapse nihil est aliud, quam aquila senio confecta, spoliata pariter alis, unguibus, & rostro.

*Edit. Paris. pag. 107.*

*In aulam Basilius pervenit.*

*Michaelum interficit.*

*Egens Imperator aquila senio similis.*

A Καὶ σύμπαν νεανίσκων ἄνθος ἠφανικότος,
Θεμένου δὲ καὶ πλείονας ἐν ἀνδραπόδων μοίρᾳ,
Ἑάλω καὶ Βασίλειος Βουλγάρων ταῖς παλάμαις,
Ὥσπερ στρουθὸς καλλίπτερος πικρῷ δικτυοθήρᾳ.
Τὰς παλαμναίας δὲ φυγὼν βροχίδας τῶν Βουλγάρων
Ἐπέστη πτερυξάμενος αὖθις Ῥωμαίων ὅροις,
Καὶ πρὸς λατρείαν ἑαυτὸν ὡς πένης ἐκμισθώσας,
Καὶ τλημοπαθήσας καὶ πολλοὺς καμάτους ἀναντλήσας,
Καὶ γνοὺς ὡς εἰς ἀκάρπωτον γῆν τὰ τοῦ πόνου σπείρει,
Ἀφίσταται τῶν προσγενῶν καὶ τῆς ἐνεγκαμένης.
Καὶ πάντα λογισάμενος τἄλλα μικρὰ καὶ φαῦλα,
Ὡς πρὸς σκοπὸν ἐφέρετο τὴν Βυζαντίδα πόλιν.
Ὡς δὲ τῶν πύργων γέγονεν ἐντὸς τῶν καλλιπύργων,
B Ἐνταῦθα τὴν ἀμήχανον βουλὴν θεωρητέον,
Ὅπως προκαταβάλλεται τὰς ῥίζας τῶν πραγμάτων,
Καὶ πῶς αἰδέσιμον αὐτῷ τὸ βασίλειον χρῆμα.
Ὕπνωττε μὲν Βασίλειος οὕτως ἀτημελήτως,
Διερρωγόσι ῥάκεσιν ἐγκατορδυλημένος,
Οὐκ ἄργυρον, οὐδὲ χρυσὸν οἴκοθεν ἐπηγμένος.
Εἰς μόνας δὲ τὰς ἑαυτοῦ παλάμας ἀποβλέπων,
Καὶ ταύτας φέρων ἀφορμὴν τοῦ πολυστένου βίου.
Ὕπνωττε γὰρ ἐπί τινος λιθοπλινθίνης κλίνης
Ἀγχιθυρούσης τῷ ναῷ τοῦ θείου Διομήδους.
Ἀλλ' ἐπὶ τούτοις ὄνειρος λευκόπτερος ἐπέπτη.
Τὸν νεωκόρον τὸν ἐκεῖ ταχέως ἀφυπνίζει,
Προτρέπει τε συναγαγεῖν εἴσω τὸν βασιλέα.
C Ἀποπηδᾷ τῆς ἑαυτοῦ κλίνης ὁ νεωκόρος,
Ἐπὶ τὸ προτεμένισμα συντόμως βηματίζει,
Καταδαρθάνοντα λεπτῶς Βασίλειον εὑρίσκει,
Χαμεύνην, ἀνιπτόποδα, λυπρόν, ῥακοφόρον.
Πλάνην νομίζει τὸ φανέν, ἐκεῖθεν ἀνατρέχει.
Καὶ πάλιν ὕπνος ἔπιπτεν ἐν τοῖς αὐτοῦ βλεφάροις,
Καὶ πάλιν ὄνειρος ὁ πρίν, καὶ τοῦτο μέχρι τρίτου
Συνέβη, κατενόησε μόλις ὁ νεωκόρος.
Ποιεῖται τὸν Βασίλειον ἐφέστιον αὐτίκα,
Καὶ θεραπείας ἀξιοῖ τῆς προσηκούσης.
Ἦν δ' ὁ Βασίλειος καλός, γενναῖος, γιγαντόχειρ,
Εὐπάλαμος, εὐρύστερνος ὤμους, στερροβραχίων.
Ἐντεῦθεν οὖν τὸ θεναρὸν κατὰ βραχὺ γνωρίσας
Ἅπασιν ἐπὶ στόματος ἔκειτο μεγιστᾶσι.
D Καὶ τί μακρὰ καὶ περιττά; τῷ Μιχαὴλ ἐγνώσθη,
Καὶ πρῶτα μὲν τοῖς φροντισταῖς ἐτίμητο τῶν ἵππων,
Ἔπειτα καὶ παράκοιτος, πρᾶγμα Ῥωμαίοις μέγα.
Καὶ τελευταῖον βασιλεὺς καὶ σὺν αὐτῷ δείκνυ.
Τοῦ δὲ κρατοῦντος κατιγνοὺς ὡς πότου καὶ μεθύσου,
Καὶ κώμοις ἐπιχαίροντος καὶ θεατρομανοῦντος,
Κατὰ τῶν σπλάγχνων τῶν αὐτοῦ διήλασε τὸ ξίφος,
Καὶ τοῦ κράτους ἥρπασε πρὸ χρόνου, πρὸ τῆς ὥρας.
Οὗτος ἐξωθεῖ τὸν Φώτιον αὖθις τῆς Ἐκκλησίας,
Καὶ πάλιν ἀποδίδωσι τὸν θρόνον Ἰγνατίῳ.
Θελήσας δὲ καὶ τῷ κοινῷ χρήματα ἐπιδοῦναι,
Καὶ δὴ ἐρευνησάμενος οἴκους χρυσοφόρους,
Οἵ τινες πρὶν συνέσφιγγον τὰς τῶν χρημάτων λίμνας,
E Καὶ βλέψας πάντας αὐχμηρούς, μηδ' ἄντλον εὐτυχοῦντας,
Ἤλγει, βαρέως ἔφερεν, ἠπόρει, ἠδημόνει,
Οὐκ εἶχεν ὅτι γένοιτο, πάντοθεν ἠπορεῖτο.
Ὁ βασιλεὺς τῶν ἀπορῶν ὄλβου πολυπλάτου
Ἄντικρυς ἔστιν ἀετὸς παλαίτερος γεγηρώς,
Ἀφῃρημένος τὰ πτερά, τοὺς ὄνυχας, τὸ ῥάμφος.
Ἐντεῦθεν ὁ Βασίλειος ἔσχαλλεν, ἠδημόνει.

Ὁ κρά-

Ὁ κράτωρ γάρ τοι Μιχαὴλ πάντας κατακενώσας,
Καὶ μίμοις χαρισάμενος συμπαίκταις καὶ συμπόταις.
Οὐ μόνον γῦπας διδύμους χρυσέους κατεχωνεύσας,
Ἀλλὰ καὶ τὴν καλλίφυλλον πλάτανον τὴν χρυσίαν
Ἐφ' ἧς καθῆστο χρύσεα παντοδαπὰ στρουθία,
Καὶ μέλος ἐτιτύβιζον ὡς ἀπὸ ζώσης γλώσσης,
Καὶ τοῖς ἀκούουσιν αὐτῶν ἔκπληξιν ἐνεποίει,
Ἐκθαμβουμένοις τὸ καινὸν τῆς μηχανῆς ἐκείνης.
Ὃ δὲ καὶ πένθους ἄξιον καὶ θρήνων καὶ δακρύων,
Λέξων ὁ λόγος ἔρχεται καὶ βαρυστοναχήσων.
Ὁ μεγαλομαθέστατος ἐν βασιλεῦσι Λέων
Τῷ φιλοκάλῳ βασιλεῖ τοῦ Μιχαὴλ γενέτῃ
Ἐξαίσιον εἰργάσατο σκεῦος ὡρονομίου,
Δι' οὗ παρεῖχε καθορᾶν τῷ βασιλεῖ καθ' ὥραν
Ἐν μέσοις διατρίβοντι τοῖς βασιλείοις οἴκοις,
Εἴπου τολμᾶταί τι καινὸν ἐν Ἄραψιν, ἐν Σκύθαις.
Τελοῦντι γοῦν τῷ Μιχαὴλ ποτὲ διφρηλασίας,
Σύρων στρατὸς ἐξορμηθεὶς πρός τινος ἐμηνύθη
Μετὰ βαρείας καὶ σφοδρᾶς καὶ κραταιᾶς τῆς ῥύμης.
Ὅπερ ἀκούσας Μιχαήλ, καὶ δείσας μὴ τὸ πλῆθος
Τοῖς ἀκουσθεῖσι ταραχθὲν τὸ θέατρον ἐκλείπῃ,
Αὐτίκα τὸ μηχάνημα κελεύει συντριβῆναι.
Φεῦ τῆς σκαιότητος αὐτοῦ. φεῦ τῆς φρενοβλαβείας;
Φεῦ, φεῦ. ὁποῖον θησαυρὸν ἀπώλεσε Ῥωμαίων
Ἄνθρωπος ῥυπαρόβιος, πότης, βοσκηματώδης;
Καὶ ταῦτα μὲν ἀρκούντως μοι τεθρήνηται τῷ λόγῳ.
Ὁ κράτωρ δὲ Βασίλειος ἤδη κατανοήσας
Εἰς γόνυ, φεῦ. ὀκλάσασαν τὴν τῶν Ῥωμαίων τύχην,
Καὶ κινδυνεύουσαν πεσεῖν ἀθλίως ἐπὶ στόμα,
Μᾶλλον δ' εἰπεῖν ἐκλείπουσαν καὶ πνέουσαν τὰ λοῖσθα,
Δεῖν ἔγνω τὴν βασίλειον ἀναλαβεῖν σοφίαν,
Καὶ σῶσαι τὴν παρὰ μικρὸν νεκράν τε καὶ τυμβήρη.
Ἐντεῦθεν κάματοι πυκνοί, καὶ μέριμναι, καὶ μόχθοι,
Καὶ θώραξ περιστέρνιος, καὶ σιδηροφορία,
Καὶ πόλεμοι φιλαίματοι, καὶ συνεχεῖς φροντίδες,
Καὶ βίος ἐπασπίδιος, καὶ κόρυθες, καὶ λόγχαι,
Καὶ βλέφαρον ἀμμύωπον, οὐκ εἰς κόρον ὕπνου.
Ἐντεῦθεν ἀνεσώσατο τὰ πράγματα Ῥωμαίοις,
Καὶ τύχην τὴν γηράζουσαν τὴν ἐρρυτιδωθεῖσαν
Καλὴν εὐφραντοτέραν εἰργάσατο κορίσκην.
Ἔγνωσαν τότε βάρβαροι θῆρα τὸν πρὶν ὑπνώττοντα
Γενναίως ἐγειρόμενον κατὰ τῶν ἀδικούντων.
Καὶ πάντες ὑποτρέσαντες ἔδυσαν ὀπὰς φωλεῶν.
Καὶ πάλιν ὑπερίσχυσεν ἡ τῶν Ῥωμαίων ῥάβδος.
Ἐπεὶ δὲ κλύδωνας φυγὼν Ἰγνάτιος τοῦ βίου
Τοῖς ἀγαλλείοις οὐρανοῦ προσώκειλε λιμέσιν,
Ὁ βαθυγνώμων Φώτιος ἀεὶ διψῶν τοῦ θρόνου,
Καὶ σπεύδων ἐπιπήξασθαι πάλιν τῆς Ἐκκλησίας,
Τοιόνδε τι βαθύτροπον καὶ σκολιὸν τεχνᾶται.
Τῶν ὀνομάτων τὰς ἀρχὰς ἀπολαμβάνει μόνον
Τοῦ βασιλέως, τῶν υἱῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς Αὐγούστης,
Καὶ τὸ βεκλὰς συντίθησι, καὶ τοῦτο σαφηνίσας,
Τοῖς τότε σοφιστεύουσι πράγματα προξενήσας,
Ἔδοξεν εἶναι βασιλεῖ μέγας ἐπὶ σοφίᾳ,
Καὶ πάλιν τὸν πολύζηλον ἀπολαμβάνει θρόνον.
Ἀλλ' ἄρα τις ἀκροσφαλὴς πᾶσι τοῖς γηγενέσι,
Καὶ κῆρες σύμφυτοι τινὲς συνοῦσι τοῖς ἀνθρώποις.
Ὁ γὰρ πολὺς τὴν σύνεσιν οὗτος ἐν βασιλεῦσιν
Ὑπό τινων ἐκπεισθεὶς ἀνδρῶν ἐφιστρόπων,
Οἳ δόλους ὑπορράπτουσι καὶ μηχανοπλοκοῦσι,

Const. Man.

A Nimirum Michaelus Imperator exhaustis omnibus, & in mimos, collusores, compotores profusis, non gryphes tantum aureos conflaverat: verumetiam platanum illam, in qua omnis generis aviculæ considebant, & non aliter cantillabant, atque si linguas vivas haberent, auditoribus ad earum voces obstupescentibus, machinamque novam & insuetatam admirantibus. *Platanus aurea conflata.* Lubet etiam aliud quiddam lacrymis & lamentatione dignum exponere. Princeps ille philosophorum, & infinitis eruditus disciplinis Leo, Theophilo Imperatori, Michaeli patri, plane inusitatum confecerat instrumentum horologii, per quod Imperatori agenti in regia singulis horis *De horologio Leonis philosophi.* B spectandum exhibebat, quidquid novi vel apud Arabes, vel apud Syros tentatur. Forte Michaelo curules ludos peragenti significatum est a quodam, Syrorum copias domo profectas esse cum impetu gravi atque vehemente. Qua re Michaelus audita, veritus ne multitudo perturbata hoc nuntio, theatrum desereret: mox ipsam machinam confringi jussit. Heu quanta fuit hæc imperitia, quantaque dementia! proh qualem Romanis thesaurum, perdidit impurus homo, bibax, pecuinus. Et hæc quidem satis jam deplorata sunto. Cæterum Basilius, Imperator animadverso, fortunam Romanam (heu) pervolu- C tam in genua labascere, jamque illo in periculo versari, ut in os misere collaberetur, vel rectius ut loquar, animo quasi defectam, spiritus extremos ducere: regia sibi utendum sapientia statuit, & ejus saluti consulendum, quæ tantum non esset mortua, jamque sepulcro condenda. *BASILIUS Imperio labascenti succurrit.* *Edit. Parif. pag. 108* Quapropter ex eo tempore nil nisi perpetui labores, sollicitudines, molestiæ, thoraces circa pectus, arma ferrea, bella cruenta, galeæ, hastæ, oculi ad satietatem somno minime recreati. Atque hoc modo rem Romanam restituit, & fortunam Imperii jam senescentem, ac rugas contrahentem, rursus instar puellæ vegetam & venu- D stam effecit. Agnovere tum barbari feram, quæ prius sopita, strenue nunc adversus injuriarum auctores evigilarat. Iccirco territi latebras subjere, potentia Romana rursus invalescente. Quum autem liberatus vitæ procellis Ignatius, ad placidos jam cæli portus appulisset: *Ignatii mors.* astutus ille Photius, numquam non throni cupidus, in hoc totus incumbens, ut ecclesia rursum potiretur, hujusmodi quiddam sane versutum ac pravum molitur. Solas primas litteras nominum Imperatoris, liberorum ejus, & Augustæ sumit, atque inde * Beclas E componit, eoque declarato, quum ejus ætatis hominibus litteratis negotii non parum exhibuisset: visus est Imperatori vir esse magnæ doctrinæ ac sapientiæ, ideoque solium ei patriarchicum redditur. **Compositum ex his nominibus, Basilius, ἐλέω, Constantinus, Leo, Alexander, Stephanus.* Sedenim mortalium mentes plurimum errant, naturalia fata quædam homines comitantur. Nam Imperator hic cæteroqui prudentissimus, a vafris quibusdam hominibus persuasus, qui fraudes nectunt, & machinationes struunt, carissimosque li-

M

*Santabarenus Leonem patri suspectum reddit.*

beros a parentibus disjungent, a matre filiam, sponsum a sponsa, quorum erat e numero infelix ille Santabarenus, Leonem filium suum in carcerem compingit, quasi qui mortis laqueos patri texeret: quum is revera doctrinæ studiosissimus esset, omni scientia copiose instructus, omnibus disciplinis a puero excultus. Atque hæc sane calamitatum fornax, & malorum conflatorium, Leonem probarunt auro similem esse, cui nihil æris subesset. Hinc orti ploratus & ejulationes matris sortem filii lamentantis, & apud patrem pro eo deprecantis. Sed erat durus, & instar saxi molliri non poterat: immo æque parum, ac adamas, ab amore naturali erga filium flectabatur. Adhibebantur mulierculæ lamentatrices, quæ præficarum in morem nænias quasdam lugubriter accinerent, & calamitatem Leonis acerbe deplorarent. Domus universa nihil erat aliud, quam luctus. Aderat & canora quædam avicula, quæ frequenter voces illas lamentabiles audiens, & eas edocta, cum mulierculis adolescentem, expresso Leonis nomine, deplorabat. Hanc aviculam quum aliquando Basilius loquentem audiret, ac in ore nomen Leonis ferentem, simulque videret eos, qui aderant, lacrymas profundere: illico de ira nonnihil remittit, durum animum emolliri patitur, reveritus (uti quidem apparet) ne forte natura magis expers esse commiserationis, quam avicula, videretur. Quapropter e carcere filium educit, & paterno mitique vultu adspicit. Moriturus autem hunc ipsum Imperio præficit.

*Avicula Leonis calamitatem deplorat. Edit. Paris. pag. 109.*

*Leo V. philosophus, Imp.*

Quum Leo quodam tempore processum institueret, jamque pervenisset ad Mocii martyris ædem: vir quidam immanis, iis similis, qui malis a geniis agitantur, tam gestibus quam vultu inconstans, in Imperatorem prosiliens, clava in caput ejus impacta, lethale vulnus infligit. Comprehensus autem coactusque tormentis ad indicationem eorum, quos facinoris conscios haberet, nihil dicere poterat, morbo graviter hominem vexante. Heic quum vir quidam sanctus, quique divino spiritu futura prospiceret, ac variis donis ornatus esset, nomine Marcus, Imperatorem gravi dolore correptum cerneret, existimantem aliquid amplius mali consequuturum: verbis medicinam ei faciens, tamquam mitigante dolorem pharmaco, vaticinium hujusmodi edidit: Noli quæso, Imperator, appetiisse tibi vitæ finem arbitrari, nec animum tuum cogitatio de morte subeat. Nam tibi tam vitæ, quam Imperii decem adhuc anni cælesti a manu concessi sunt. Hæc ille fatus, obticuit. Neque multo post Imperator & animi dolore liberatus est, & ea vulnere convaluit. Marci quidem vaticinium minime fuisse vanum, eventus comprobavit. Fuere Leoni uxores omnino quatuor, quas ordine duxit, non a libidine victus: sed ingenti procreandæ sobolis desiderio, quo liberos ex se natos conspiceret. Tandem ex quarta & ultima filium purpurigenam genuit, cui nomen Constantini datum. Sedentis hoc

*Leoni vita longior prædicitur.*

*Leonis V. uxores.*

A Καὶ φίλτατα διχάζουσιν ἀπὸ πατέρων τέκνα,
Ἀπὸ μητρὸς θυγάτριον, ἀπὸ νυμφίου νύμφην,
Οἷος ὁ Σανταβαρηνὸς ἐκεῖνος ὁ δυσδαίμων,
Καθείργνυσι τὸν Λέοντα τὸν παῖδα τὸν οἰκεῖον,
Ὡς δῆθεν κατὰ τοῦ πατρὸς βρόχους ἱστῶντα φόνου.
Ἄνδρα φιλοσοφώτατον, γνώσεως πάσης πλήρη,
Καὶ πᾶσι τοῖς μαθήμασιν ἐμπαιδοτριβηθέντα.
Ὃν συμφοραῖς ὁ κάμινος καὶ τῶν παθῶν χωνεία,
Χρυσὸν ἀπέδειξεν μηδὲν ὑπόχαλκον ἔχοντα.
Ἐντεῦθεν γόοι καὶ κλαυθμοὶ μητρὸς ποτνιωμένης,
Καὶ δεομένης τοῦ πατρὸς ὑπὲρ υἱοῦ δυστήνου.
Ἀλλ' ἦν ἐκεῖνος ἄτεγκτος ἀμάλακτος ὡς πέτρα,
B Καὶ πρὸς στοργὴν τὴν φυσικὴν ἄλλος σκληρὸς ἀδάμας.
Ἦσαν ἐκεῖ θρηνήτριαι καὶ μονῳδοὶ γυναῖκες
Πικρῶς ἀνακλαιόμεναι τὴν συμφορὰν ἐκείνου.
Οἶκος ἐκεῖνος πένθους ἦν καὶ στεναγμάτων οἶκος.
Ἦν καὶ στρουθίον μουσικὸν ἐκεῖ κατὰ τὸν οἶκον,
Ἔνθα πικρὸς ὀλοφυρμὸς καὶ γόος ἐξηχεῖτο,
Ὅπερ ἀκοῦον συνεχῶς φωνῶν θρηνητηρίων,
Καὶ τὰς βοὰς ἐκδιδαχθὲν τὰς γοερὰς ἐκείνας
Συνανωλόλυζεν αὐταῖς περὶ τοῦ νεανίου,
Καὶ προὔφερε τὸν Λέοντα, καὶ συνεθρήνει τούτῳ.
C Τούτου ποτὲ Βασίλειος ἀκούσας τοῦ στρουθίου
Λαλοῦντος, καὶ τὸν Λέοντα φέροντος ἀνὰ στόμα,
Καὶ τοὺς παρόντας ἔνθερμον στάξαντας βλέψας δάκρυ,
Ἦν δὲ λεπτὸν τὸ ... ἐπιστῆναι τότε,
Ἐνδίδωσι, μαλάττεται τῆς σκληρογνωμοσύνης,
Αἰδούμενος, ὡς ἔοικε, μήπως παρὰ τὴν φύσιν
Ἀσυμπαθέστερος αὐτοῦ φανείη τοῦ στρουθίου.
Ἐξάγει τοῦτον τῆς εἱρκτῆς, καὶ πατρικὸν προσβλέπει.
Καὶ τοῦτον ἔπειτ' ἔστεψε Ῥωμαίων βασιλεύσας,
Καὶ μέλλων τοῦτον τελευτᾶν καὶ κατιέναι εἰς τύμβον,
Εἰς τοῦτον τὸ βασίλειον τὸ κράτος μεταβαίνει.
Τούτῳ ποτὲ τῷ βασιλεῖ πρόοδον ποιουμένῳ,
D Κἀν τῷ ναῷ τοῦ μάρτυρος Μωκίου γινομένῳ,
Ἐπιπηδᾷ τις ἄγριος κατὰ τοὺς δαιμονῶντας
Ἄνθρωπος ἀστάθμητος τὸ σχῆμα καὶ τὸ βλέμμα,
Καὶ ῥάβδῳ κατὰ κεφαλῆς πλήττει πληγὴν καιρίαν,
Καὶ συλληφθεὶς καὶ βιασθεὶς εἰπεῖν τοὺς συνειδότας,
Οὐκ εἶχεν ὅτι φθέγξαιτο, πάθει καὶ γὰρ ὀχλεῖτο.
Ἄνθρωπος δέ τις ἱερὸς πνεύματι θείῳ λάμπων,
Καὶ χάρισι κατάκομος, ὄνομα τούτῳ Μάρκος,
Ἰδὼν βαρυθυμήσαντα δεινῶς τὸν βασιλέα,
Καί τι καὶ πείσεσθαι δεινὸν ἐντεῦθεν οἰηθέντα,
Φάρμακον ἀκεσώδυνον τοῖς λόγοις ἐπιπάττων
Προφητικῶς ἀνέκραγε στόματι καλλιγλώττῳ.
Ὦ βασιλεῦ μηδέπω μοι τὴν τελευτὴν προσδόκα,
E Μηδέ σοι καταθύμιος ὁ θάνατος γενέσθω.
Δέκα καὶ γὰρ ἐνιαυτοὶ ζωῆς καὶ βασιλείας
Παρὰ τῆς ἄνωθεν χειρὸς πεφιλοτίμηνταί σοι.
Ὁ μέν, εἰπὼν ἐσίγησεν, ὁ βασιλεὺς δ' εὐθέως,
Καὶ τῆς πληγῆς ἐρρώσθη καὶ τῆς βαρυθυμίας.
Ἡ δὲ τοῦ Μάρκου πρόρρησις γέγονεν οὐκ εἰς μάτην,
Οὐκ ἀλόγως. σὺν τέτρασιν ἀλόχοις συνεζύγη,
Οὐχ ἡδονῆς νικώμενος, ἀλλὰ διψῶν παιδώσεως,
Καὶ παῖδας βλέψαι τῆς αὐτοῦ βλαστήσαντας ὀσφύος.
Ἐκ τῆς τετάρτης τοιγαροῦν καὶ τελευταίας τίκτει
Παῖδα πορφυροβλάστητον τοὔνομα Κωνσταντῖνον.
Ἀλλὰ γὰρ ἀνοιστέον τοῖς τοῦ Θεοῦ προστάξεσι

Ἐδόκει τὸ γινόμενον παρὰ τοῦ βασιλέως.
Τὸν γάμον γὰρ ἐπιγαμεῖν τέταρτον, καὶ μολύναι
Τὴν ἄφθαρτον καὶ καθαρὰν νύμφην τὴν Ἐκκλησίαν.
Καὶ τέως ὁ Νικόλαος πρῶτος ὢν ἀρχιποιμένων,
Καὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν διέπων τηνικαῦτα,
Ἀλλὰ, παρρησιάζεται, πληροῖ τὸ τοῦ προφήτου·
Λαλῶν Θεοῦ μαρτύριον ἔναντι βασιλέων,
Καὶ τὰς ἐκεῖθεν ἀπειλὰς οὐ πτήσσων οὐδὲ τρέμων.
Οὕτως ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ βάλλει μακρὰν τὸν φόβον
Τὸν ἐξ ἀνθρώπων δυναστῶν καὶ τὸν ἐκ τῶν κρατούντων.
Ἐντεῦθεν ἐκδιώκεται τῆς ποίμνης καὶ τοῦ θρόνου,
Καὶ δὴ καὶ κατακρίνεται τὰ τῆς ὑπερορίας.
Ἐπεὶ δ' ἀντεισάγεται πολὺς ἀνὴρ τὰ θεῖα,
Ὃς ἐξ ὀνύχων ἁπαλῶν καὶ ἐκ πρώτης ἡλικίας
Ζυγὸν τὸν θεῖον ἐπελθὼν τὸν τοῦ μονήρους βίου
Οἰκητὸν ἔσχεν Ὄλυμπον τὸν κατὰ τὴν Μυσίαν,
Καὶ χάρισιν ἐξέλαμψε τὰ μέλλοντα προδηλώσας.
Οὗτος Θεοῦ κελεύσαντος ἑνοῖ τὴν Ἐκκλησίαν,
Κατεσχισθεῖσαν εἰς πολλὰς τομὰς καὶ διαιρέσεις,
Ἐπὶ παρανομήματι τῷ τῆς τετραγαμίας.
Ὁ δὲ φιλοσοφώτατος ἐν βασιλεῦσι Λέων
Πιεζόμενος ταῖς φυσικαῖς τοῦ σώματος ἀνάγκαις,
Καὶ νόσῳ χειμαζόμενος κίνδυνον ἐπαγούσῃ,
Ἤδη πρὸς ἔτος εἰκοστὸν σὺν ἕκτῳ διιθύνας
Τὸ κράτος τὸ βασίλειον καὶ τὴν Ῥωμαίων τύχην,
Καὶ συνιδὼν τὸν θάνατον καὶ τὴν τοῦ σκήνους λύσιν,
Κράτορας ἀναδείκνυσιν αὐτάνακτας κρατάρχας
Ἀλέξανδρον τὸν ἀδελφὸν καὶ παῖδα Κωνσταντῖνον,
Τοῦτο καὶ μόνον προσειπὼν πνοαῖς ἐν ταῖς ἐσχάταις.
Βλέπω καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ὡς κακοδύνην χρόνον
Μετὰ τρεῖς καὶ δέκα μηνῶν ἄντικρυς τόνῳ λέγων,
Ὅτι τούτους ἔσεσθαι τὸ κράτος Ἀλεξάνδρου.
Καὶ γοῦν οὐ διαπέπτωκεν ὁ λόγος, οὐδὲ σφάλλει.
Ὁ γὰρ Ἀλέξανδρος τρυφαῖς ἐσχολακὼς καὶ πότοις,
Καὶ μόνον τὸν γαργαλισμὸν τοῦ σώματος φροντίσας,
Ἄλλο δ' οὐδὲν κατάξιον τοῦ βασιλείου κράτους
Οὐ δράσας, οὐ φθεγξάμενος, οὐ γοῦν ἐν τῇ καρδίᾳ,
Ὡς ἄνθος ἐρράδισεν οἰκτρῶς ἐμαρανθὲν ἡλίῳ,
Καὶ τάχιον ἐξέλιπε νόσοις πικραῖς φθινάσι,
Καὶ Κωνσταντῖνος γίνεται μόναρχος μονοκράτωρ,
Ἔτι παιδίσκος ἁπαλὸς καὶ τρυφερὸς ὑπάρχων,
Καὶ βασιλείας κυβερνᾶν ἥττω τὸ σκάφος εἶναι,
Τῆς γὰρ ἡλικιώσεως ἑβδόμην ἦγεν ἔτος,
Ὃ καὶ πολλῶν παραίτιον γίνεται κακοτήτων,
Καὶ θλῖψιν ὑπέστησεν ἄλμην τὸν βασιλέα,
Εἰ καὶ τὸ τέλος αἴσιον τῶν πειρασμῶν ἀπέβη.
Ὥσπερ γὰρ νεομόσχευτον ἀρτίφυτον δενδρύφιον,
Μήτε χειμῶνος κρυερὸν ὑπενεγκεῖν ἰσχύον,
Μήτε πνευμάτων προσβολὰς ἀγρίων δυνάμενον,
Μήτε ῥαγδαίους ὑετούς, μήτε καυσώδη θάλψιν,
Μὴ χαλαζῶν σφαιρώματα, μήτε κρυστάλλου πῆξιν.
Ἐπεὶ ποθὲν βαρυηχεῖς τινὲς ἐκφυσηθεῖσαι,
Ἢ χαλαζῶν πετρώματα ποθὲν δυσχερανθέντα
Χειμάζουσι καὶ κάμπτουσι καὶ κλίνουσι τὸ γόνυ,
Καὶ καταμαλακίζουσιν αὐτοῦ τὴν τρυφερίαν,
Καὶ πάντοθεν προσβάλλουσιν ὡς ἐν πολιορκίᾳ·
Φιλονεικοῦσι τὸ φυτὸν προθέλυμνον ἐκτρέψαι.
Ἂν δὲ τὰς ζάλας δυνηθῇ φυγεῖν τὰς κακωτικὰς,
Καὶ τὸν χειμῶνα τὸν βαρὺν καὶ τὴν ἐκεῖθεν βίαν,
Γίνεται δοκιμώτερον ἅτε πολλὰ παλαῖσαν,

*Const. Man.*

A Leonis factum Dei ministris absurdissimum videbatur, progredi videlicet Imperatorem quartas ad nuptias, & incorruptam puramque Christi sponsam Ecclesiam polluere.

Quamobrem pastorum princeps Nicolaus os aperit, libertatem loquendi usurpat, vatis verbum implet, Dei testimonium coram regibus exponens, nec minas ullas eo nomine reformidans. Sic Dei metus longe timorem abigit a viris potentia præditis, & rerum potientibus incussum. Itaque Nicolaus grege suo & cathedra pellitur, & solum vertere jubetur: substituitur autem ipsius B loco quidam alius, sacrarum rerum longe peritissimus, qui a teneris unguiculis & ætate prima solitariam in Olympo Mysiæ monte vitam egerat, & dono vaticinandi præditus erat. Hic de mandato divino ecclesiam ad unitatem reduxit, multipliciterque distractam ac in partes divisam, propter delictum Leonis, quartas ad nuptias progressi.

*Nicolaus patriarcha Leonem reprehendit.*

*Edit. Paris. pag. 110.*

Quum autem Leo doctissimus inter Imperatores morbo correptus periculum vitæ minitante, administrato jam per viginti sex annos Romanorum Imperio, mortem im- C minere sibi animadverteret: Alexandrum fratrem, & Constantinum filium, Imperatores creat, hoc solo in extremis respirationibus, jamque eo animam agente pronuntiato. Alexandrum etiam (proh parcum malignumque tempus) post tredecim menses exactos video. Volebat autem significare, regnum Alexandri tantillum temporis duraturum: quæ sane Leonis vox minime vana aut fallax fuit. Nam Alexander voluptatibus avocatus & compotationibus nimium indulgens, & corporis tantum titillationibus deditus, nec ulla re tanto Imperio digna vel opere, vel verbis perfecta, vel animo denique concepta, D ceu flos solis efficacitate marcescens extinctus est, & a morbis celeriter absumptus.

*Alexander cum Constantino VII. imp.*

*Vaticinium Leonis.*

Itaque solus mortuo Leone Imperium Constantinus obtinuit, ætatis adhuc teneræ puer, qui Imperii gubernationi parum aptus esset, annis immaturus, annos scilicet id temporis septem modo natus: quæ res multis etiam malis occasionem præbuit, mirificeque Imperatorem afflixit, tametsi felicem exitum procedente tempore habuerit. Quemadmodum enim arbor recens plantata, quæ propter teneras adhuc radices frigidam hyemem per- E ferre nondum potest, neque ventorum sævissimos impetus, neque imbres vehementiores, nec æstus fervidos, nec grandinem tempestateque volantes tolerare, si ab ortis alicunde ventis aut grandine vexata, nihilominus vim eorum graviorem effugiat & evadat illæsa, multo fit exploratior quam arbor a

*Constantinus VII. porphyrogenitus imp.*

quædam tempestas incubuit, ejusque cor veluti navim quamdam onerariam incussit.

Thomas Imperium affectat.

Thomas enim ille, cujus antea mentionem fecimus, vir industria & audacia flagrans, copiis undiquaque collectis, maximo cum impetu Michaelum invasit instar apri de silva lustrisque suis prorumpentis vel leonini catuli: quumque urbes universas Thraciæ totius tam nauticis copiis, quam pedestribus cinxisset, omnibus modis divexasset, in servitutem redegisset, diruisset, lacerasset: ad ipsam usque Constantinopolin, urbem fortunatam, excurrit. Enimvero ubi Deus ille præpotens mortalibus adversetur, omne consilium, omnisque conatus reapse nihil est aliud, quam aranearum tela. Quapropter quum Thomas a numine divino non propugnaretur, insidiarum suarum turres in arenis exstruebat, inque re perimbecilli fundamenta sua collocabat, & idcirco totum ædificium radicitus corruit. Nam ubi cædibus manus illas pugnarum avidas inquinasset, & hastas sanguine tinxisset: tandem vivus in hostium potestatem pervenit, oculis spoliatus, & postea gladiis sine omni misericordia obtruncatus est.

Edit. Paris. pag. 97.

Theophilus Michaeli filius Imp.

Michaelus autem excessurus e vita, quum annis octo Romanis præfuisset, Theophilo filio suo Imperium tradidit: qui cætera per omnem vitam infelix, unum bonum mirabiliter nactus est, Theodoram conjugem, fœminam plane divinam, venerabilem inter mulieres alias, unioni candidissimo & carbunculo persimilem. Huic ille matrimonio junctus, non solum liberorum pater ex fœcunda conjuge factus est, verumetiam fœlicitate principem illum hominem Adamum superavit.

Theodora Augusta.

Nam Adamum orta de costa, materque princeps hominum Eva, voluptate, quam ex arboribus Edenis percipiebat, privavit: hæc maritum vitæque socium ad dexteram partem eorum traduxit, qui salutem consequuntur. Et quidem heic tantum suavis illa cithara Davidis, ipsa quoque saxa demulcens, quiddam absonum cecinit, quum ait: Deum unius & ejusdem indolis atque morum homines in unum domicilium collocare. Nam heic stercus & unguentum fragrans, rosa rubens, & acherdus spinosa, tinctura bilis & purpuræ coiverunt.

Dissimile par conjugum.

Theophilus imaginum hostis.

Theodora enim lucus erat cunctis virtutibus ornatus, consitus gratiis hortus, arbor omnis elegantiæ modestiæque. Theophilus e diverso ager erat meræ impietatis tribulis refertus, rubus asper, lædens viscera rhamnus. Nam sacris litteris, & Christi Martyrumque imaginibus infestus, eos omnes intolerantibus & gravissimis tormentis excruciabat, qui cultum eis religiose deferrent. Præterea sanctis viris, Theodoro ac Theophane, qui tam vita, quam doctrina supra siderum pulchritudinem & solis jubar lucebant, tristissimis cruciatibus afflictis, & flagris excoriatis, etiam vultus ad ipsa usque supercilia notis deformavit, & ver-

A Δεινότερος ἐπέρρηξε μεγαλοκύμων φλοῖσβος,
Καὶ τὴν αὐτοῦ συνέσεισε καρδίαν ὡς ὁλκάδα.
Ὁ γὰρ Θωμᾶς, οὗ πρότερον ὁ λόγος ἐπεμνήσθη,
Ἄνθρωπος πολυμήχανος, ἔμπνεως τῷ θράσει,
Στρατεύσιμον συναθροίσας ἰσχὺν μυριαχόθεν,
Ὁπλίτας αἱματοχαρεῖς, ἀλκίμους, εὐκαρδίους,
Φονουργοὺς, ἀρεϊκοὺς, εὐτόλμους, θρασυμάχους,
Ἐπιπηδᾷ τῷ Μιχαὴλ μετὰ σφοδρᾶς τῆς ῥύμης,
Καθάπερ σῦς ἀπὸ δρυμοῦ καὶ λόχμης πολυξύλου,
Ἢ σκύμνος ὀρεσίτροφος λεαίνης φιλαιμάτου
Καὶ πάσας περιθρᾳκίους περιτειχίσας πόλεις
Ἐν ναυτικαῖς δυνάμεσι χερσί τε πεζομάχῳ,
Καὶ πάσαις κάκωσιν αὐταῖς ὑπεισαγὼν βαρεῖαν,
B Καὶ καταδουλωσάμενος, καὶ ῥήξας καὶ σπαράξας,
Ἕως αὐτῆς ἐπέδραμε πόλεως τῆς ὀλβίας.
Ἀλλ' ὁ Θεὸς ὁ πανσθενὴς θνητοῖς ἐναντιοῦται.
Ἱστὸς ἀράχνης ἄντικρυς πᾶσα βουλὴ καὶ πρᾶξις.
Τὸ θεῖον τοίνυν ὁ Θωμᾶς ὑπέρμαχον οὐκ ἔχων,
Εἰς ψάμμον τῆς ἐπιβουλῆς τοὺς πύργους ᾠκοδόμει.
Ἐπ' ἀσθενοῦς ἐπήγνυεν αὐτοῦ τοὺς θεμελίους.
Κἀντεῦθεν τὸ ἀνεζόμενον ῥιζόθεν ἀνετράπη,
Καὶ φόνοις χράνας τὰς αὐτοῦ φιλοπολέμους χεῖρας,
Καὶ δόρυ πᾶν κατάβαπτον τοῖς αἵμασι ποιήσας,
Τὸ τελευταῖον ζωγρηθεὶς ὀρύττεται τὰς κόρας,
Καὶ σβέννυται καλοφεγγὴς λύχνος ὁ τῶν ὀμμάτων,
Καὶ μετὰ ταῦτα ξίφεσι δεινῶς κρεωκοπεῖται.
C Ὁ βασιλεὺς δὲ Μιχαὴλ μέλλων τὸν βίον λείπειν,
Ἐφ' ὅλοις ἔτεσιν ὀκτὼ Ῥωμαίων βασιλεύσας,
Τῷ Θεοφίλῳ τῷ παιδὶ τὸ σκῆπτρον ἐγχειρίζει.
Ὁ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὴν ἅλμην τὴν τοῦ βίου
Κακοτυχῶς καὶ σφαλερῶς, ἀλλ' οὐκ εὐδίως πλέων
Τοῦτο τὸ μόνον τὸ καλὸν εὕρατο παραδόξως
Τὴν πάντιμον ἐν γυναιξὶ καὶ θείαν Θεοδώραν,
Ὡς μάργαρον κατάλευκον, ὡς λίθον ἀνθρακίαν.
Ταύτην γαμοῦ τὴν κοινολεχῆ, ταύτην ζυγεὶς εἰς γάμον,
Καὶ παίδων γέγονε πατὴρ εἰς γῆν γονίμην σπείρων,
Καὶ πλέον ἐπηυτύχησεν Ἀδὰμ τοῦ πρωτοπλάστου.
Τὸν μὲν γὰρ ἡ πλευροφυὴς καὶ πλευρομήτωρ Εὔα,
Ἐκ τῆς τρυφῆς τῶν τῆς Ἐδὲμ ἐξήγαγε δενδρώνων.
D Ἡ δὲ τὸν συνοικήσαντα καὶ κοινωνὸν τοῦ βίου
Τῆς δεξιᾶς πεποίηκε καὶ σωζομένης μοίρας.
Κἀνταῦθα μόνον τῷ Δαβὶδ ἤχησε τὸ μέλος,
Ἡ καὶ τοὺς λίθους θέλγουσα καλλιμελὴς κινύρα.
Τοὺς μονοτρόπους ὁ Θεὸς ἐν οἴκῳ κατοικίζει.
Ἐνταῦθα δὲ συνέδραμε κόπρος εὐώδει μύρῳ,
Καὶ ῥόδον ἐρυθρόφυλλον ἀχέρδῳ κεντροφόρῳ,
Καὶ χρῶμα χολοβάφινον βάμματι πορφυρίῳ,
Ἡ μὲν γὰρ, πάσαις ἀρεταῖς κατάφυτον ἦν ἄλσος,
Καὶ κῆπος χαριτόβλαστος, καὶ δένδρον εὐκοσμίας.
Ὁ δὲ, χωρίον ἄντικρυς τριβόλων δυσσεβείας.
Καὶ βάτος ἀκανθοβολὴς καὶ ῥάμνος σπλαγχνοτόμος.
Καὶ γὰρ ἀπεχθανόμενος ταῖς ἱερογραφίαις,
E Καὶ τοῖς ἀπεικονίσμασι Χριστοῦ καὶ τῶν μαρτύρων,
Τοὺς ἀπονέμοντας αὐτοῖς τὸ κατὰ χρέος σέβας
Ἀνυποφόροις καὶ δειναῖς στρεβλώσεσιν ἐκάκου.
Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκλάμποντας τῷ βίῳ, καὶ τῷ λόγῳ
Ὑπὲρ ἀστέρων καλλονὰς ὑπὲρ ἡλίου σέλας
Τὸν ἱερὸν Θεόδωρον τὸν θεῖον Θεοφάνην
Ἐπιφοραῖς βαρυαλγῶν βασάνων βασανίσας,
Ἔστιξε καὶ τὰ μέτωπα μέχρις αὐτῶν ὀφρύων,

Καὶ

Καὶ τύπους ἐνεχάραξεν αὐτοῖς ἰαμβοπλόκους.
Οὗτοι μὲν ἄνω τὴν αἴσχιστον τὴν ἐπιμετωπίαν.
Ὡς στέφος κατάμαργαρον λιθολαμπὲς ἐφόρουν.
Ὁ κράτωρ δὲ Θεόφιλος ὁ πρὶν μὲν τὰς εἰκόνας,
Καὶ τὰ σκιαγραφίσματα τῶν ἱερῶν προσώπων
Ἄγαν σκαιῶς καὶ πονηρῶς καὶ κακοτρόπως εἶχεν.
Τὰ δ' ἄλλα ἦν λαμπρόψυχος καὶ μεγαλοεργούμενος,
Καὶ τοῦ δικαίου φροντιστὴς καὶ τῶν ἐνδίκων νόμων.
Σημεῖον ἐξειργάσατο τῆς μεγαλοπρεπείας,
Ὀργάνων φιλοτέχνησις τῶν χρυσεοκροτήτων.
Ἐξ ὧν ἀναπεμπόμενον ἐν μηχανῇ τὸ πνεῦμα
Τὰς εὐκελάδους καὶ τερπνὰς ἀπήχει μελῳδίας,
Καὶ λιγυρὸν μουσίκευμα γάργαλον ἀπορρέον.
Σὺν τούτοις καὶ κατάχρυσα καὶ πλατυγοῦντα δένδρα
Χρυσίῳ τῇ χλοηρότητι πυρράζοντα μακρόθεν.
Ἐν οἷς στρουθία μουσικὰ χρυσότευκτα καθῆστο,
Ὡς ἐν πετήλοις πίτυος ἢ πεύκης ἀκρεμόνων,
Ἐκ μηχανῆς ἐκπέμποντα λάλημα μελιτοῦν.
Οὕτως ἀνθρώπων τεχνουργοὶ πολυμηχάνων χεῖρες
Ἀντιφερίζουσι μακροῦ τῇ ψυχουργείᾳ φύσει.
Εἰ δέ τις ἀκριβέστερον καταμαθεῖν θελήσει
Τὸ μεγαλόψυχον αὐτοῦ καὶ τὴν φιλοκοσμίαν,
Εἰς τοὺς θαλασσογείτονας βλεψάτω περιβόλους,
Οἳ τὴν λαμπρὰν ἐν πόλεσι περιφρουροῦσι πόλιν.
Χειμὼν γὰρ ἄγριος ποτὲ κατασκηφθεὶς βαρύθρους
Τὴν ἅλμην ἐκρυστάλλωσεν ἕως ἀπλέτου βάθους,
Καὶ τὴν ὑγρὰν ἐλίθωσε πήξας αὐτῆς τὴν ῥύσιν,
Καὶ θάλασσαν ὠστράκωσε δυσανέμοις ψυχείᾳ.
Μετὰ μικρὸν δ' αὐγάσασαι θερμότητες ἡλίου
Τὸ συνεχὲς διέσπασαν τῆς λιθωθείσης ἅλμης.
Κἀντεῦθεν ἀπορραγεῖσαι κρυστάλλων ἀποσπάδες,
Καὶ λίθους ἁμαξοπληθεῖς νικῶσαι τῷ μεγέθει,
Εἴποι τις ὡς κορυφαὶ βαθυφαράγγων λόφων
Ὑψόθεν ἀποσπασθεῖσαι κυλίνδονται σὺν κτύπῳ.
Καὶ λίθοι ῥιψιτάλξιδες πέτανται τειχοσεισταὶ
Περιρροιζοῦντες τὸν λεπτὸν ἀέρα τῇ κινήσει.
Καὶ ταῦτα καταβαίνουσα πελάγους ἐκ Ποντίου
Προσέρρασσον τοῖς τείχεσι τοῖς παραιγιαλίοις,
Καὶ συνεκλόνουν τὰ στερρὰ τῶν πυργοδομημάτων.
Ὅπερ ἰδὼν ὁ βασιλεὺς τὰς καταμωλωπίσεις,
Καὶ τὰς πυκνὰς τραυματισμοὺς ἢ μᾶλλον παραλύσεις,
Συγκατεσείσθη τὴν ψυχὴν ἐπὶ τῷ γεγονότι.
Καὶ θέλων ἐπιδείξασθαι φιλοτιμίας πλοῦτον,
Καὶ κάχληκας ἐκχέουσιν ἀχρείους τὸ χρυσίον,
Καὶ τὸ σαθρὸν ἐνίσχυσε καὶ τὸ πεσὸν ἐγείρας
Τοῖς τείχεσιν ἐπέγραψε τὴν κλῆσιν τὴν ἰδίαν,
Καὶ ταῦτα μὲν κατάξια γλώσσης ὑμνητρίας.
Ἐγὼ δ' ὑπερεκπλήττομαι τὴν δικαιοπραγίαν,
Καὶ τὸν ἀπροσωπόληπτον τὴν πρὸς τὰς κρίσεις γνώ-
μην.
Καὶ δὴ παρατεθήτω μοι δεῖγμα μικρὸν τοῦ τρόπου,
Ὡς ἐκ θαλάττης κύαθος, ὡς ἀπὸ πίθου γεῦμα,
Βραχύ τι σπινθηράκισμα καμίνου πολυφλόγου.
Γυνὴ προσῆλθε πτωχικὴ ποτὲ τῷ Θεοφίλῳ
Καταβοῶσα Πετρωνᾶ τινὸς μεγαλοτίμου.
Βίγλας γὰρ ἦν δρουγγάριος εἴποιεν ἂν Ῥωμαῖοι,
Καὶ ῥιζωμάτων τῶν αὐτῶν ἐξῆρχε Θεοφίλῳ.
Ἐβόα γοῦν περιπαθῶς, καὶ δάκρυον κατῆγεν,
Ἀμύντορα τὸν κράτορα γενέσθαι λιπαροῦσα,
Καὶ τὰς παλάμας ἐπισχεῖν τὰς γιγαντοπαλάμους

Ἀνεσθ. Ἠβ.

A sus jambicos ipsis impressit: quas illi notas fronti inustas non aliter gestabant, atque coronam unionibus & gemmis exornatam. Tam impie autem immaniter & maligne Imperator Theophilus erga imagines, & sacrorum vultuum picturas, in statuis expressas, adfectus: cætera generosus erat, præclari judicii, juris & æqui sanctarumque legum observantissimus: Magnificentiam viri licet ex hoc evidentissimo indicio colligas, quod artem excogitavit, condendi organa musica, de quibus machina quadam spiritus emissus, jucundos ac suaviter resonantes cantus efficit. Adde his arbores illas aureas, lateque splendentes, in quibus aviculæ musicæ ex B auro factæ considebant, tamquam in pinus aut proceræ piceæ ramis, iisdem machinæ cujusdam opera melleum carmen modulantes. Nimirum ita mortalium varia excogitantium artificiosæ manus, parum abest, quin ipsa cum natura, res vivas producente, in certamen descendant. Quod si quis accuratius cognoscere cupit Theophili magnificentiam, & in rebus ornandis studium, is mihi velim muros illos mari vicinos intueatur. Accidit enim ipso imperante, ut hyems sæva mare cogeret in glaciem ad profunditatem sane immensam, humidumque illud elementum lapidis ad duritiem, fluxione prorsus ad- C empta, redigeret: frigore nimirum ex acribus ventorum flatibus orto mare totum ceu testaceum efficiente. Non multo post, radiorum solarium calores ad saxi formam indurati maris continuitatem solvebant, unde fiebat, ut glaciei fragmina reliquo a corpore avellerentur, quæ lapides etiam plaustrales, magnitudine superabant. Non inepte dixerit aliquis, vertices quasi quosdam collium, profundis convallibus imminentium, de sublimi avulsos, ingenti cum strepitu volutatos fuisse: vel lapides propugnaculorum & murorum subversores ita volasse, ut motu suo strepitum in aere tenero excitarent. Hæc ergo fragmina, e me- D dio mari delata, muros litori vicinos feriebant, & validas etiam turres succutiebant. Imperator mœnium turriumque rimis, quæ læsæ ruptæque fuerant, conspectis, animo commotus est, propter id quod accidisset. Simul declarare volens magnificentiam suam, aurum ea copia profundit, quasi silices inutiles expenderet: atque hoc modo stabilitis iis, quæ vetustate labascerent, & excitatis, quæ collapsa fuerant: suum muris nomen inscripsit. Et hæc sane prædicatione digna fuerunt. Justitiam vero Theophili, & animum in judiciis nullam rationem personarum habente non possum non summopere admirari. Ac libet heic ipsius hac in parte indolis indicium quod- E dam adjicere, quod sit instar hausti de mari cyathi, vel gustus e dolio, vel exiguæ scintillæ ignis magni. Accedebat aliquando Theophilum paupercula, Petronam, magnæ dignitatis virum, accusans. Erat enim is * Biglæ (ceu Romani loquuntur) Drungarius & eodem cum Theophilo genere natus. Dolenter illa quiritare, lacrymas fundere, opem Imperatoris implorare, gi-

Theophili vitium insigne, & ingenium magnum.

Edit. Paris. pag. 98.

Hiemis sævitia.

Theophilus muros reficit.

Justitiæ studium in Theophilo.

Exemplum præclarum.

* Vigiliæ

pag. 99.

ganteas ut manus Petronæ coerceret, qui per summam injuriam in se debacchaveretur, suæque domunculæ, satis per se tenuis, luminibus officeret: ne tandem nimia cogente caligine, domum solam desertamque, ventis (quod ajunt) perflandam in vita relinqueret. His auditis, Imperator de re inquirit, accusati nequitiam cognoscit, ac ædes quidem illas, quæ lumina domui mulieris obstruebant, ad ipsa usque fundamenta demolitur: Petronam vero publicam in viam deductum, flagris cædi jussit. Hoc tibi argumentum animi hujus Imperatoris, exiguum quidem illud, esto: de quo tamen æstimare cætera non difficulter possis. Nam & Bocchoris, (uti perhibent historiarum scriptores) Ægyptiorum rex, de balba, quadam infantis voce linguarum omnium antiquissimam agnoscere potuit. Jam quod liberalem ejus animum attinet, in contemnendis turpibus lucris, & quod aurum corradere institorio quodam quæstu noluerit: ex iis, quæ commemoraturi sumus, colligi satis liquido poterit. Forte stabat Imperator sublimi loco in regia, ubi nivei coloris marmor ingeniose sculptum vaccam ingentium laterum repræsentat, & leonem in vaccam insilientem, eamque cupide necantem: ex qua sculptura * nomen loco datum est. Hic ergo stans Imperator, & oculos in mare dirigens, quod cælum sudum esset, ipseque maris intuitu sese recreare vellet: navium mercibus oneratam appellere videt, molli vento australi flante, ac navigium plenis velis tranquillum in portum deferente. Poterat autem aliquis etiam longo ex intervallo existimare, navim appellentem ingens onus vehere. Nam mercium pondus ita navim deprimebat, ut e mari tertium modo cingulum exstaret. Hac Imperator navi conspecta, quænam, & cujus esset, interrogat. Ubi tam navim, quam merces Imperatricis esset cognovit: animi dolore compresso, & arcessita conjuge: Heu mea, inquit, Imperatrix, quo res meæ redactæ sunt? heu qualem fortunam cum opulentissima commutavi? Nimirum jam Romanorum Imperator merces vænales habeo, & ipsemet (heu) institor factus sum, negotiatoribus etiam inferior. His dictis, navim una cum mercibus, quarum immensa erat copia, concremari jussit. Idem Theophilus Imperator virum præstantissimum Methodium quamdam in insulam relegatum, speluncæ cadaveris instar inclusit, tamquam unionem in concham, rosam inter spinas. Præterea duos ei latrones adjunxit, quorum altero extincto, & jam marcescente naturali quadam necessitate, fœdum illum odorem & pestiferum aerem tolerantissimus athletes animo tulit æquissimo, quem ne adamas quidem sustinere potuisset. Alter libertate donatus, exire noluit, sed intra speluncam illam caliginosam manens, divinæque vivendi rationis æmulator factus solis instar vitæ religiosæ radios sparsit. Dum adhuc Methodius in hoc carcere detineretur, homines illi rerum divinarum periti, quos notis in vultu sti-

*Petronas punitur.*

*Imperator Augustæ navim exurit.*

* Appellatur enim passim apud historicos Βουκολέον.

*Methodium Theophilus cruciat.*

*Edit. Paris. pag. 100.*

A Τοῦ Πετρωνᾶ λυττώσαντος ἐκ φιλαδίκου γνώμης,
Καὶ τὸ λυγρὸν δωμάτιον αὐτῆς ἐπισκοτοῦντος,
Ὅπως μὴ φέροι ἔχουσα τὸ τηλικοῦτον σκότος
Ἀνέμων ἢ φασὶ πνοαῖς τὸν οἶκον καταλείπῃ.
Ἤκουσε ταῦθ᾽ ὁ βασιλεύς, ἐζήτησε τὸ πρᾶγμα,
Ἔγνω τὸ φιλομόχθηρον τοῦ καταβοωμένου.
Καὶ τὸν μὲν οἶκον κατασπᾷ μέχρι τοῦ θεμελίου
Τὸν σκοτοχειροποίητον τῇ γυναικὶ ποιοῦντα.
Αὐτὸν δὲ μέσον ἀγαγὼν τῆς λεωφόρου τρίβου,
Ὠμοῖς βουνεύροις τὰς αὐτοῦ κατεμελάνωσε σάρκας.
Τοῦτο μικρὸν τεκμήριον ψυχῆς τῆς Θεοφίλου
Δυνάμενον κατάδηλα καὶ τὰ λοιπὰ ποιῆσαι.
Καὶ γὰρ καὶ Βόκχορος φασὶν ὁ κράτωρ Αἰγυπτίων
B Ἀπὸ ψελλίσματος ἑνὸς ἀρτιγενοῦς βρεφίου
Τὴν παλαιοτέραν πασῶν διάλεκτον ἐπέγνω.
Τὸ δ᾽ ἐλευθεροκάρδιον πρὸς τὰς αἰσχροκερδίας,
Καὶ τὸ μὴ βούλεσθαι χρυσὸν ἔχειν ἐκ καπηλείας
Ἰσχύουσι πιστώσασθαι τὰ μέλλοντα ῥηθῆναι.
Ἐτύγχανεν ἄνωθεν ἑστὼς τοῦ βασιλείου οἴκου
Ἔνθα γλυφεῖσα δεξιῶς μαρμάρου χιονόχρου
Βοῦν μεγαλόπλευρον τυποῖ, καὶ λέοντα μορφάζει
Ἐπιπηδῶντα τῇ βοΐ, καὶ πίνοντα τὸν φόνον.
Καὶ γέγονε τὰ γλύμματα ταῦτα τῷ τόπῳ κλῆσις.
Ἐνταῦθα γοῦν ὁ βασιλεὺς ἑστὼς ἐν τῆς θαλάσσης
Τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπαφιείς, γαλήνη γὰρ ἐγέλα,
Καὶ ταῖς ἐκεῖθεν χάρισι ψυχαγωγῶν τὰς ὄψεις,
C Πλοῖον ὁρᾷ κατάφορτον τῇ χέρσῳ πλησιάζον.
Ἐπέπνει μὲν ὁ ζέφυρος πνοαῖς ἁπαλοπνόοις.
Ἐκόλπου τὰ λαίφη δὲ κολπούμενα τὸ πνεῦμα,
Καὶ πρὸς λιμένας ἤπειγον τὸ σκάφος εὐγαληνῶς.
Εἴκασε δ᾽ ἄν τις καὶ μακρὰν ἀφεστηκὼς τῆς ἅλμης
Τοῦ πλοίου τὸ κατάφορτον τοῦ προσορμιζομένου.
Ἐπὶ γὰρ τρίτον τῆς νηὸς τῆς φορτηγοῦ ζωστῆρα
Τὴν θάλασσαν ἀνέθλιβε τῶν ἀγωγίμων βάρος.
Ὡς ἔβλεψεν ἐπύθετο τίς καὶ τίνων ἡ σκάφη.
Τῆς βασιλίδος ἤκουσεν ἡ ναῦς καὶ τὸ φορτίον.
Καὶ λύπην μὲν δακέθυμον ἔσχε κατὰ καρδίας.
Μεταστειλάμενος δ᾽ αὐτήν, καὶ γνοὺς περὶ τοῦ πλοίου,
Αἱ αἱ βασίλισσα, φησίν, εἰς οἷον φθάνω βίον;
Οἵαν ἀνθ᾽ οἵας εὐτυχοῦς ἀντηλλαξάμην τύχην;
D Φορτίων ἀπεμπολητὴς ὁ τῶν Ῥωμαίων κράτωρ;
Καὶ κάπηλος γεγένημαι; φεῦ. τῶν ἐμπόρων χείρων.
Καὶ ταῦτ᾽ εἰπὼν ἐκέλευσε γνάθοις πυρὸς παμφάγου
Τὴν ναῦν τὴν μυριόφορτον αὐτόφορτον βρωθῆναι.
Οὗτος αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Μεθόδιον τὸν πάνυ
Θάμβος ὑπέρτερον ἐν τινὶ νησιδίῳ
Εἰς σπήλαιον κατέκλεισεν ὡς ἐν μνημείῳ νέκυν,
Ὡς ἐν ὀστράκῳ μάργαρον, ὡς ἐν ἀκάνθῃ ῥόδον,
Καὶ σὺν αὐτῷ καὶ μετ᾽ αὐτοῦ δύο λῃστὰς κακούργους.
Τούτων θατέρου τῶν λῃστῶν τὸν βίον ἐκλιπόντος,
Καὶ ῥεύσαντος μὲν φυσικὰ ἀφύκτου κατ᾽ ἀνάγκης
E Τὴν δύσοσμον ἀποφορὰν καὶ τὴν ἐκεῖθεν λύμην
Ὁ καρτερόψυχος ἀθλητὴς ἐκεῖνος ἐκαρτέρει,
Ἣν οὐδ᾽ αὐτὸς ἐνίσχυσεν ὑπενεγκεῖν ἀδάμας.
Ὁ δ᾽ ἕτερος ἀπολυθεὶς οὐκ ἤθελεν ἐξελθεῖν,
Ἀλλ᾽ ἐν αὐτῷ τῷ ζοφερῷ σπηλαίῳ καταμείνας
Καὶ ζηλωτὴς γενόμενος ἐνθέου πολιτείας,
Ὡς ἥλιος ἀπέστραψεν ἀκτῖνας σεμνοῦ βίου.
Ἔτι δ᾽ ἐμφρούρου μένοντος τοῦ θείου Μεθοδίου
Οἱ κινηθέντες τὰ στικτὰ πρόσωπα θεηγόροι,

Ὥσπερ καὶ μνήμην ἔθετο φθάσας ὁ λόγος ἄδε,
Βιαίως ἐλαυνόμενοι πρὸς τὴν ὑπερορίαν,
Ἄνδρα τινὰ σαγηνευτὴν ἰχθυοθήραν ἄνδρα,
Εὑρόντες δικτυολκοῦντα γράφουσι τῷ δικαίῳ
Ὀλιγοσυλλάβων γραφὴν ἐν ἰαμβείῳ μέτρῳ.
Τῷ ζῶντι νεκρῷ, καὶ νεκρῷ ζωηφόρῳ
Ναίοντι τὴν γῆν, καὶ πατοῦντι τὸν πόλον,
Γραπτοὶ γράφουσι δέσμιοι τῷ δεσμίῳ.
Πρὸς ἃς αὐτὸς ἀντιγραφὴν ἀντιχαράξας γράφει.
Τοὺς ταῖς βίβλοισιν οὐρανοῦ κληρογράφους,
Καὶ πρὸς μέτωπα σωφρόνως ἐστιγμένους,
Προσεῖπεν ὁ ζώθαπτος ὡς συνδεσμίους.
Καὶ ταῦτα μὲν τὰ χρύσεα τῶν καλλιγλώττων ἔπη
Ἄντικρυς θεῖα νέκταρος σταλάττουσι συρμάδα.
Ὁ δὲ καλὸς ἀγωνιστὴς Μεθόδιος ὁ πάνυ
Ἐγκαρτερήσας τῇ πικρᾷ καὶ κατηφρούρῳ στέγῃ,
Καὶ τοὺς ὀδόντας ἐκκρουσθεὶς, καὶ συνθλασθεὶς τὰς γνάθους,
Καὶ πᾶσαν ἄλλην ἐνεγκὼν κολάσεων ἰδέαν,
Δι' ὧν αὐτὸν οἱ δυσσεβεῖς ἔπληττον ἀπανθρώπως,
Ὡς ἄκμονα σιδήρειον χαλκαῖς σφυροκοποῦντες,
Τέλος καθάπερ ἥλιος ὑπεραυγὴς, ὡς λύχνος,
Ἐξέκυψεν ὡς ἔκ τινος ὁρίζοντος ἐκεῖθεν,
Θελήσαντος, ὡς ἔοικε, τοῦ βλέποντος ἀβύσσους,
Καὶ Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ ὕπερθεν καθημένου,
Ὡς πόλιν ὀχυρόπυργον τοῦτον ἐπ' ὄρους στῆσαι,
Ὡς μὴ τοσαύτην ἀρετὴν ὡς ἐν μοδίῳ λύχνον
Τῷ σκοτεινῷ τε ζοφερῷ καλύπτεσθαι σπηλαίῳ.
Ὁ κράτωρ γὰρ ὁ Θεόφιλος βίβλοις ἀεὶ σχολάζων,
Καὶ σίμβλα τὰ τῆς γνώσεως κηροπλαστῶν ἐσπούδει
Ὡς μέλιττα φιλόπονος ἀνθῶν ἐκ λειμωνίων,
Λαβυρινθώδεσί τισι καὶ γρίφοις ἐντυγχάνει.
Ὡς ἐκλεπίσαι τὸ σκληρὸν καὶ τὸ δεινὸν φωτίσαι,
Οὐδεὶς ὀρθῶς ἐδύνατο καὶ τῶν μυρίων ὄντων
Τῶν σοφῶν μεγαλαύχων ἐχόντων ἐπὶ γνώσει.
Μεγάλως οὖν τῷ βασιλεῖ τοῦτο βαρυθυμοῦντι
Εἷς τῶν προεστώτων προσελθὼν καὶ θαλαμηπολούντων,
Καὶ τὸν Μεθόδιον ὑμνεῖ, καὶ πάντα καταλέγει,
Τὴν πολυμάθειαν αὐτοῦ, τὸ πέρισσον, τὴν γνῶσιν,
Καὶ τὴν οὐρανοβάμονα σύνεσιν καὶ σοφίαν·
Εἴτε θεόθεν κινηθεὶς, εἴτε καὶ φίλτρον τρέφων
Πρὸς τὸν αἰθέριον ὁμοῦ καὶ θεοφόρον ἄνδρα.
Ἀκούει ταῦθ' ὁ βασιλεὺς, μετάπεμπτον ποιεῖται
Τὸν ἱερὸν Μεθόδιον, ἐξάγει τοῦ σπηλαίου,
Ὡς ἀπὸ κόχλου μάργαρον, ὡς ἀπὸ νέφους ἄστρον,
Ἀκτῖνας ἀποστίλβοντα φαιδρὰς πυριμαρμάρους
Καὶ ζόφον ἀπελαύνοντα καὶ σκοτασμὸν ἀγνοίας.
Τῆς γλώσσης οὖν γευσάμενος Θεόφιλος τῆς τούτου,
Ἐγκατοικίζει τὸν καλὸν καλῶς ἐν βασιλείοις
Ὡς χρῆμα πολυτίμητον ἐν θησαυροῖς ἀσύλοις,
Ὡς λίθον μεταστίλβοντα πυραύγην φωτοβρύτην.
Κἀκεῖ παρακαθήμενος τῷ χρυσορρόῳ Νείλῳ
Ἤντλει τὴν πόσιν δαψιλῶς τῶν γλυκυχύμων ῥείθρων.
Ἐπεὶ δὲ μᾶλλον ποταμὸν τὸν τῆς ῥευστῆς οὐσίας,
Ὃν πάντα περικείμενον πάχος θνητοῦ σαρκίου
Ἀμήχανον μὴ διελθεῖν. ἐπείγει γὰρ ἡ φύσις,
Ἡ πορθμουργὸς πορθμεύτρια τὸ χρέος ἀπαιτοῦσα
Ἔτος ἤδη δωδέκατον τῆς βασιλείας ἄγων,
Τῷ στέφει καταικόσμησε τὸν Μιχαὴλ τὸν παῖδα,
Ἔτι παιδίσκον ἁπαλὸν ὄντα τὴν ἡλικίαν.
Τὸ νεαρὸν δὲ τοῦ παιδὸς ὡς θεὶς ὑποπτεύων
Const. Man.

A datos fuisse diximus, per vim solum vertere coacti, piscatore quodam reperto, litteras viro justo perbreves, versu jambico scripsere, quas ab interitu vindicandas ratus, hoc loco subjicere volui.

*Vivo perempto, vivificoque mortuo,*
*Terram incolenti, ac pariter calcanti polum.*
*Scripsere vincto vincti, & inscripti notis.*

Eis ille respondens, in hæc verba rescripsit:

*Libris vicissim descriptos cælestibus.*
*Faciesque non sine laude compunctos notis,*
*Secum salutat vinctos vivus obrutus.*

Hi disertorum hominum versus aurei, reapse divinum quemdam nectaris suc-
B cum stillant. Cæterum præclarus pugil Methodius, quum toleranter in illo tristi carcere sese gessisset, dentes amisisset, maxillas contusas haberet, omnique genere suppliciorum excruciatus ab impiis hominibus per summam inhumanitatem non aliter esset, atque ferream incudem malleis excusores contundunt: ad extremum inde prodiit, ortus diurni solis instar, volente scilicet (ut credi par est) Deo, qui abyssos perspicit, & Cherubis a Seraphis insidet, insignem hunc virum ceu munitam urbem in monte sublimi collocare, ne tanta virtus, veluti lucerna sub modio, tristi caliginosoque specu abdita lateret. Accidit enim, ut

Qua occasione Methodius ab exilio sit revocatus.

C Theophilus Imperator lectitandis libris semper occupatus, unde alveolos scientiæ fingebat, quemadmodum apis sedula de pratorum floribus, in griphos & labyrinthis consimilia quædam incideret, ita ut dura istæc quasi decorticare, ac obscura illustrare nemo recte posset, tametsi vel sexcenti apud ipsum essent, doctrinæ fama celebres. Quum igitur Imperatori permolesta hæc res accideret, & animum ejus angeret, quidam ex proceribus & cubiculariis accedens, Methodium prædicat, indicatis dotibus, doctrinæ magnitudine, scientiæ copia expedita & abundanti, prudentia sapientiaque vertice suo cælum ipsum attingente: sive divinitus, ut hoc faceret, commotus:

Edit. Paris. pag. 101.

D sive clandestinum amorem alens erga virum mente cælestem, & numine divino plenum. Hæc Imperator audiens, Methodium de specu eductum (ceu unionem e concha, sidus e nube) virum clarissimis radiis refulgentem, & tenebras atque caliginem ignorantiæ discutientem, ad sese revocat & invitat. Quumque gustum linguæ Methodii percepisset, homini præclaro in regia domicilium adsignat, tamquam magni rem pretii, gemmamque splendidam, rutilantem, lucidam in thesauris inviolabilibus & inaccessis collocans, atque heic frequenter adsidens Nilo illi aurifluo, de dulcissimis aquis largiter hauriebat. Quum
E autem trajecturus esset amnem essentiæ interitui obnoxiæ, quem omnes crasso corpore circumdatos permeare necesse est, (ita nimirum jubet natura, quæ velox est trajectrix, & abs quovis debitum exigit) annum jam duodecimum imperans: Michaelum F. admodum puerum adhuc, Imperiali corona redimit. Qua vero abs re tenera istæc ætas patri suspecta erat,

MICHAELUS III. cognomine Temulentus, Imp.

matrem Imperii consortem facit, ut quæ filio curatricis loco futura esset. Ee superiori tempore tamquam nocturna discipula, Nicodemo illi timido similis, sacras imagines occulte venerabatur. Nunc autem alta voce et libere profitebatur id, quod sentiebat, eratque tuba clara: vel potius ut avicula canora, pullorum altrix, implumes ex locis omnibus volucres cogebat, quotquot abdiderant sese, donec anceps præteriret. Et quamvis semina præstantissima sub corde tegeret, ut agellus ferax, ut pinguis sulcus: hyeme tamen sæviente germen nullum protruferet. Nunc autem elapso longe acerbissimo illo hyberno tempore, et vere sueviter ridente, pristinamque tristitiam dissipante, multipliciter pullulabat, & segetem copiosam ferebat, velut ager excitatus a favoniis, & ejus spiritus gratia, qui omnia perficit. Quamobrem coactis hominibus acceptis Deo, quos non inepte dixeris industrios soli fossores, spinas oppugnationis imaginum prorsus evulsit. Quemque divinos homines ardenter obsecrasset, ut preces ad Deum pro marito defuncto funderent, idque persuasisset eis, & plane jam certior esset facta, Theophilum alterius vitæ suppliciis liberatum esse: forte cum sanctis illis hominibus, instructo valde opimo convivio, prandebat. Intererat huic præter alios etiam aurea lingua præditus ille Theophanes, cujus faciei notæ non sine dolore magno (Edit. Paris. pag. 102.) inustæ fuerant. Erat autem hoc tempore princeps urbis Nicænæ pastor. Eum Theodora quum oculis defixis intueretur, ac viri tolerantiam admirari videretur: ro (Acerba vox Theophanis.) Theophanes intellecta, cum asperis durisque verbis; Vides, inquit, o Imperatrix, inustas hasce fronti meæ notas? Earum causa illo in judicio contra maritum tuum experiar, ubi judex universalis integerrime judicat, nec vel personam cujusquam respicit, vel muneribus corrupisse patitur, vel purpuream chlemydem reveretur. Ad ea verba laudatissima Imperatrix ejulatu ex intimo corde sublato, vocem hanc miserabilem edidit, interni doloris testem: Hæccine mihi, vir admirande, tuque totusque cœtus hic de Imperatore meo mihi polliciti estis? Ibi divinus & ore melleo præditus ille Methodius, qui tunc (Methodius patriarcha Theophanem castigat.) apud Romam novam sacri gregis pastor erat, nimia Theophanis audacia ferociaque reprehensa, præclaram Imperatricem consolatus, arte rivos lacrymarum obstruit, gravem cordis tempestatem sedat, emollientibus animum verbis, tamquam oleo quodam instillatis. Cæterum quamdiu puer erat Imperator, matrem Theodoram secum hebebat, quæ omnia dextre gerebat, Imperiumque præclare administrabat. Verum ubi Michaelus maturam ad ætatem pervenit, jamque solus amplitudinem negotiorum Imperii procurare cœpit: reapse verum illud probavit esse, quod

A Συγκοινωνὸν ἐκάλεσεν αὐτῷ καὶ τὴν μητέρα,
Τοῦ κράτους ὡς φροντίστριαν αὐτῷ γενησομένην.
Ἡ μέχρι τότε νύκτερον ἔχουσα μαθητείαν,
Καὶ σέβουσα τὰς ἱερὰς μορφὰς ἐν παραβύστῳ,
Νικόδημος ἂν εἴποι τις ἀκάρδιος δειλόψυχος,
Τότε τορὸν ἐβόησε καὶ μετὰ παρρησίας,
Καὶ σάλπιγξ ἐχρημάτισεν εὔσημος χρυσοσάλπιγξ,
Καὶ μᾶλλον καλλικέλαδος νεοτροφὸς ὄρνις,
Στρουθοὺς ἐπισυνάγουσα πάντοθεν τοὺς ἀπτέρους,
Περιπροθέουσα μέχρις ἂν ὁ θηρατὴς παρέλθῃ.
Καὶ σπέρματα τελεσιουργοῦ χοῦσα κατὰ καρδίας,
Ὡς ἄρουρά τις ἄκαρπος, αὖλαξ λιπαροβῶλαξ,
Χειμῶνος μὲν πιέζοντος οὐκ ἀνεδίδου βλάστην.
B Ὡς δὲ παρῆλθε τὸ πικρὸν τῆς χειμερίας ὥρας,
Τὸ δ' ἔαρ ὑπεγέλασε, καὶ τὸ στυγνὸν ἐλύθη,
Τότε δὲ τότε καὶ βλαστὸν ἐξέφυσε πολύχουν,
Καὶ λήϊον πολυσταχὲς, καὶ πλῆρες εὐκαρπίας,
Ὡς αὔραις κυμαινόμενον ἀπνόαις ζεφυρείαις,
Τοῦ πνεύματος ταῖς χάρισι τοῦ πάντα τελεσιοῦντος.
Ἀγχιθεάζοντας οὐκοῦν ἄνδρας συναγαγοῦσα,
Διακελλιστὰς ἂν εἴποι τις φιλοεργοὺς δοκίμους,
Τὴν ἄκανθαν ἀνέσπασε τῆς εἰκονομαχίας.
Ἐνθέρμως δ' ἱκετεύσασα τοὺς θεσπεσίους ἄνδρας
Ὑπὲρ τοῦ συζυγήσαντος λιτάσασθαι τὸ θεῖον,
Καὶ πείσασα καὶ πίστωσιν τελείως δεξαμένη,
Ὡς τῆς βασάνου τῆς ἐκεῖ Θεόφιλος ἐρρύσθη,
C Ὁμοδίαιτος ἐγένετο τοῖς ἱεροῖς ἀνδράσιν
Ἁβρὰν λιπαροτράπεζαν ἑστίασιν τελοῦσα.
Συνῆν δ' αὐτοῖς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶσσαν Θεοφάνης,
Ὁ τὴν πικρὰν ὑπενεγκὼν στίξιν ἐν τῷ προσώπῳ,
Τῆς Νικαέων πόλεως ὢν ἀρχιθύτης τότε.
Ὡς τοίνυν ἐνητένιζεν ἡ Θεοδώρα τούτῳ,
Καὶ τὸ καρτεροκάρδιον ἐῴκει θαμβουμένη,
Συνεὶς ἐκεῖνος ἔφησε πικρῶς καὶ πικροθύμως.
Ὁρᾷς τὴν προμετωπίδιον ἄνασσα ταύτην στίξιν;
Ἕνεκα ταύτης πρὸς τὸν σὸν δικάζομαι γαμέτην,
Ὅπου κριτὴς ὁ πάγκοινος ἀδέκαστα δικάζει,
Οὐδὲ λαμβάνει πρόσωπον, οὐδὲ δωροληπτεῖται,
Οὐδὲ τὴν περιπόρφυρον χλαμύδα δυσωπεῖται.
Πρὸς ταῦθ' ἡ περιλάλητος ἐν γυναιξὶν ἐκείνη
D Περιπαθῶς οἰμώξασα καὶ μέσης τῆς καρδίας,
Καὶ δάκρυσι στακτοῖς αὐτῆς τὸ πρόσωπον θερμαίνει,
Ὡς κρήνη τις μελάνυδρος ὑψόθεν κατὰ πέτρας
Τὸν ῥοῦν ἐκκρουνίζουσα φλεβῶν ἐκ ναματίων,
Φωνὴν ἐξέρρηξεν οἰκτρὰν δεῖγμα τῆς ἔνδον ζάλης,
Οὐ ταῦτά μοι θαυμάσιε περὶ τοῦ βασιλέως
Καὶ σὺ καὶ σύμπας ὁ χορὸς οὗτος κατεπαγγέλλει.
Ἐνταῦθ' ὁ μελιχρόγλωττος Μεθόδιος ὁ θεῖος
Ἀγελαρχῶν τῆς ἱερᾶς ποίμνης τῆς νέας Ῥώμης
Ἐπιρραπίζει τὸ πολὺ τῆς τόλμης Θεοφάνους,
Παραμυθεῖται τὴν καλὴν ἐκείνην βασιλίδα,
Τοὺς τῶν δακρύων ὀχετοὺς ἐπίχυτας ἀνακόψας.
Καταστιγάζει τὸν βαρὺν κλύδωνα τῆς καρδίας,
E Λόγοις ψυχῆς μαλακτικοῖς ὡς ἔλαιον σταλάξας.
Μέχρις οὖν ἂν ὁ βασιλεὺς ἦν ἔτι παιδαρίσκος
Αὐτῷ συνῆν ἡ βασιλὶς καὶ μήτηρ Θεοδώρα,
Καὶ πάντ' ἐποίει δεξιῶς, ἰθύνουσα κοσμίως
Τὸν ναῦν τὴν μεγαλόφορτον τῆς σκηπτροκρατορίας.
Ἐπεὶ δ' εἰς ἥβην ἔλασεν ὁ Μιχαὴλ ἀκμαίαν,
Καὶ μόνος ἐπεδράττετο πραγμάτων πλειόνων,

Ἔργοις τὸ μυθευόμενον ἔδειξεν ἀληθεῦον.
Ὡς ἄλλος γὰρ αὐτόχρημα Φαέθων νηπιάζων
Ἐφ' ἅρματος ἡνιοχῶν δίιππα περιτρέχων,
Καὶ νέω Ῥωμαίων ἅπασαν ὤλεσε χωραρχίαν,
Αὐτός τε παππῳπατρικῆς ἀρχῆς ἐξεδιφρεύθη,
Καὶ κύμβαχος κατέπεσεν ἐπὶ βραχίων καὶ νῶτα.
Ἐπέβα γὰρ ὑγρόβιος ἄσωτος ἄλλος Νέρων,
Πάροινος, μαλακόψυχος, μάχλος, ἀκρατοπότης,
Ὅλας χρημάτων ἀπαντλῶν ἀβύσσους τοῖς συμπαίκταις
Γελοιαστοῖς καὶ ῥυπαροῖς ἁρματοτρόφοις μίμοις,
Ἅμα πρωὶ διώκουσι τὰς ἀκρατοποσίας,
Καὶ βίον τρυφερόβιον βιοῦσι συβαριτικόν,
Λιχνευομένοις τὰς τρυφὰς ὄψων ἡδυσμάτων,
Καὶ πίνουσι καὶ παίζουσι καὶ γυναικομανοῦσι,
Ὡς πρὶν ὁ Σαρδανάπαλος ὁ Μήδων βασιλεύσας.
Τοιούτοις δή τισι σεμνῶν διεφθαρμένοις τρόποις
Ἀρρητουργοῖς καὶ φαυλουργοῖς κακίας τελεσιάρχαις,
Ὁμόστολος ἐγένετο Μαινάδων θυρσοφόρων,
Καὶ ταῖς Διονυσιακαῖς βακχείαις ἐνετρύφα.
Ἐντεῦθεν πότοι καὶ χοροὶ καὶ μέθαι καὶ κρατῆρες,
Ἀσέμνων τε καὶ πορνικῶν ᾀσμάτων ἀπηχήσεις,
Καὶ λογισμοὶ γελωτουργοὶ καὶ πᾶσα ῥυπαρότης.
Μῦθοι μὲν οὖν Ἀκταίωνα φασὶ τὸν θηροφάντην
Ὡς κύνες διεσπάραττον λυττήσαντες ὡς θῆρα·
Κόλακες δὲ τὸν Μιχαὴλ περιεστοιχηκότες,
Ἐξυρισμένοι πώγωνας, ἐψιμυθιωμένοι,
Εἰς ποῖον βάραθρον αὐτὸν κακίας οὐκ ἐρρίπτουν;
Ἐντεῦθεν ὁ περίοπτος ὁ τῶν Ῥωμαίων κράτωρ,
Αὐτὸς αὐτὸν ἐπέβαινεν ἁρμάτων χρυσαντύγων,
Τετραόροις ἐπεκάθητο καὶ δίφροις χρυσοδίφροις.
Καὶ θησαυροὶ μὲν πάντοθεν χρημάτων ἀπηντλοῦντο,
Καὶ τὰ Ῥωμαίων ἐν στενῷ πράγματα καθειστήκει.
Κόλακες δὲ καὶ χρήμασιν ἀφθόνοις ἐσπάθουν,
Καὶ χιτωνίοις τρυφεροῖς καὶ πέπλοις χρυσοπλάστοις.
Οὕτως ὑγρῶς καὶ μαλακῶς ὁ Μιχαὴλ ἐβίου.
Πολλάκις δὲ μηδὲ τινος κατεπειγούσης χρείας
Ἄτερ φυλάκων καὶ φρουρᾶς ἄτερ δορυφορούντων
Μόνος αὐτὸς παρώδευεν ἐν μέσαις ταῖς τριόδοις
Ἀσέμνως θεατρομανῶν, χαίρων ἱππηλασίαις.
Ἐγένετο τε καὶ πατὴρ παιδίων κατὰ πνεῦμα,
Τῶν μίμων τὰ βρεφύλλια καὶ τῶν ἁρματοτρόφων
Οἷα πατὴρ φιλόστοργος φέρων ἐν ταῖς ἀγκάλαις
Ἐκ τοῦ λουτροῦ προκύπτοντα τῆς θεογενεσίας.
Ἐντεῦθεν οὐκ ἐξήρκουν γὰρ αἱ φλέβες τοῦ χρυσίου
Ἐπὶ τοσούτους ὀχετοὺς κενούμεναι κοπρώδεις,
Αἱ χρυσοπλάστοι στολαὶ τῶν πάλαι βασιλέων,
Καὶ δένδρα τὰ κατάχρυσα, στρουθία τε τὰ λάλα,
Καὶ λέοντες σφυρήλατοι χρυσοῦ πεποιημένοι,
Καὶ πᾶν ἁπλῶς βασίλειον λάμπον ἐν ἀνακτόροις,
Ἅπερ τὸ πρὶν Θεόφιλος εἰργάσατο φιλοτίμως,
Εἰς λάλημα περίλαμπρον ἰσόμβια Ῥωμαίοις,
Χωνείᾳ παρεδίδοντο, κακῶς ἐξεκενοῦντο
Εἰς μυσαροὺς καὶ βδελυροὺς σωλῆνας πολυτρόπως.
Οὐ ταῦθ' ὁ δ' ὁ χοιρόβιος τετόλμηκε καὶ μόνα,
Ἀλλ' ἐπὶ χείρονα ζωὴν προκόπτων ὁσημέραι
Ἐλύττησεν ὁ κάκιστος κατὰ τῶν μυστηρίων
Τῶν ἱερῶν καὶ Σεραφὶμ αὐτοῖς ἐξισουμένων,
Καὶ σίνηπι δριμύχυμον ἐγχέων εἰς κρατῆρα

A est in fabulis. Quippe mox ut alter quidam juvenis Phaeton, curru conscenso, totum Romanorum Imperium perdidit, & ipse de avito patritoque regno, veluti curru quodam, est deturbatus & excussus, non pronus tantum cadens, sed etiam dorsum lædens. Quippe luxuriosæ humidæque vitæ sa dedidit, velut alter Nero, immodestus in vino, animo effœminato, impudicus, temulentus, totas pecuniarum abyssos in collusores exhauriens, qui erant scurræ impuri, curruum agitatores, mimi, a primo diluculo temulentiæ dediti, delicias ciborum & suavium opsoniorum avide quærentes, totos dies apud inverecundas mulierculas exigentes, po-
B tores, ludiones, libidinum flammis furentes: qualis scilicet olim erat ille Sardanapalus, rex Ninevitarum. Ejusmodi hominum consuetudine utens, temulencia nimirum perditorum, infanda & turpissima quæque perpetrantium, vitam plane Sybariticam degentium: etiam Mænadas illas thyrsigeras comitabatur, & orgya Bacchi calabrabat. Hinc compotationes, saltationes, ebrietates, crateres, inhonestorum ac meretriciorum carminum cantiones, directæ tantum ad sacitandos risus cogitationes, omnis impuritas denique. Tradunt fabulæ, ferarum interfectorem illum A-
C ctæonem a correptis furore canibus ceu feram dilaceratum esse. At vero adsentatores barbas rasi, & cerusa fucati, quum Michaelum circumstipassent, & indagine quasi cinxissent, in quod barathrum, quam vitiorum voraginem eum non conjecerunt? Hinc fiebat, ut spectabilis ille Romanorum Imperator ipsemet currus aureos conscenderet, ac quadrigis insideret. Pecuniarum thesauri undique prorsus exhauriebantur, resque Romanorum in angustum cogebantur. Interim adulatores in maxima pecuniarum abundantia jocunda vivebant, amicti tunicis
D delicatis, & peplis auro intertextis. Adeo temulentam mollemque vitam Michaelus agebat. Nonnunquam nulla necessitate cogente solus absque satellitum corporisque custodum comitatu mediis in triviis obambulabat, indecora ac furenter adamans spectacula, deque agitationibus equorum voluptatem capiens. Etiam spiritualium liberorum pater fiebat, infantes mimorum & aurigarum ceu benignus pater in ulnis gestans, e lavacro divinæ regenerationis susceptos. Itaque auri venæ nullæ sufficiebant, quum in tot stercoreos canales exhaurirentur. Vestes ex auro factæ priscis ab Imperatoribus, arbores aureæ, canoræ aviculæ, solido ea auro fabrefacti leones, omnia denique ornamenta Imperatoria, quæ in aula splendebant, & a Thaophilo magnifice fuerant ad celebrationem Romani nominis confecta, fornaci conflatoriæ tradebantur, & scelerate in exsecrabiles quosdam quasi tubos evacuabantur. Neque tantum hæc ausus est imitator ille vitæ porcinæ designare, sed etiam quotidie profectus in turpitudine quosdam faciens, adversus sacrosancta mysteria, Seraphis ipsis venerabilia, vir nequissimus debacchabatur. Quippe acrem sinapi suc-

Michaelus alter Phaeton.

Neronem & Sardanapalum imitatur.

*Edit. Paris. pag. 103.*

Michaelus ab adulatoribus corruptus.

Profusiones Michaelis.

cum in craterem fundens sacrum illud formidabile repræsentabat, ludens (ut dici solet) in iis, quæ ludum jocumque non admittunt, & ridens in minime ridiculis. Ita viventem Michaelum mater videns, & Imperatorem Romanum factum esse ludicrum, totis visceribus & animo commovebatur, eumque verbis castigabat, corrigebat, exhortabatur. Sed (quod proverbio dicitur) cum mortuo colloquebatur, & admonitiones apud surdum cantillabat. Erat Michaelo Bardas avunculus qui occupato Michaeli animo non aliter atque vermis in dulce lignum irrepit, homo scilicet fraudulentus, sursum deorsum cuncta volvebat, & jam Mich. cor exederat. Hic tandem ei persuadet, ut Imperatricem Theodoram ex aula ejiceret, ac se Cæsarem crearet. Hoc modo miserum illum solum desertumque nactus, quique (ceu vulgo dici consuevit) hominum furiosorum more, sinistra dexteram manum absciderat; vel potius plane jam manibus spoliatum, aut secundum Æsopicam illam fabulam, ovi dementi consimilem factum, de lupi consilio pulsis canibus, Imperium ab Imperatore ad se transferebat, omniaque pro arbitratu animi sui gerebat ut Imperator. Quinetiam in flagitium ingens provolvebatur, quale nec Scytha quispiam, nec Persa, nec Sarmata designaret. Nam cum filii conjuge (proh fœdam lasciviam) non aliter consuescebat, atque si tori legitimi consors esset. Hoc terribile facinus ubi magnus Ignatius ille comperit, qui eo tempore novam Romam gubernabat (erat enim omnium in ore piaculum illud, passimque per compita & ædes jactabatur) Bardam Cæsarem verbis castigabat metum incutientibus, adjectis sequuturæ vitæ suppliciorum minis, terrebat hominem, in viam revocabat, reprehendebat, admonebat, omnem machinam adhibebat, ut malum illud exscinderet. Sedenim verum erat omnino verbum illud Solomonis, qui vetat improbos taxari & reprehendi. Nam reprehensiones sunt hominibus impiis flagrorum instar, & corda perversa veluti sagittæ feriunt. Nimirum objurgationibus hisce Bardas Cæsar exacerbatus, non modo nihili fecit eas exhortationes, verum etiam conceptam adversus monentem iracundiam & indignationem alebat non aliter agens, atque si saniosos aliquo curare volente, illi non tantum aufugiant, sed etiam erga bene facientem excandescant. Quum igitur aliquando Bardas accederet ad mysteria, nec divinum illud munus a patriarcha consequeretur: (non enim unguenta fragrantia vasi putido committuntur) inflammatus iracundia leonis in morem rugit, ceu violenta pardalis in hominem justum insilit, lacerat, a clavo summovet. Ejus in locum Phocium substituit, proh qualem pro quali viro? Ex eo tempore miserarum æstus Ignatium jactabat, & demergere virum conabatur. Cæsar auras adflabat, tamquam graviter spirans aquilo, vel sævus ille tempestatesque ciens subsolanus: quo flante, procellæ graves concitabantur. Quis ea mala satis exponere possit, quibus Igna-

De Barda Cæsare.

Edit. Paris. pag. 104.

Incestus Bardæ.

Ignatius patriarcha Bardam castigat.

Ignatius solio deturbatur.

Photius patriarcha.

A Τὴν ἀγιστείαν τὴν φρικτὴν δῆθεν ἐπλεονάρχει,
Παίζων φασὶν ἐν οὐ παικτοῖς, γελῶν ἐν ἀγελάστοις.
Οὕτω βιοῦντα Μιχαὴλ ἡ μήτηρ καθορῶσα,
Καὶ παίγνιον γενόμενον τὸν κράτορα Ῥωμαίων
Τὰ σπλάγχνα συνεστρέφετο, ψυχὴν συνωδυνᾶτο,
Καὶ λόγοις ἐσωφρόνιζεν, ἐρύθμιζε, παρῄνει,
Βδελυρωτάτων αἰσχρουργιῶν ἀπάγειν ἐπειρᾶτο.
Ἀλλ' ἦν τὸ δὴ λεγόμενον νεκρῷ προσομιλοῦσα,
Παρὰ κωφῷ ψαλάττουσα τὰς παραινετηρίους.
Ἦν δὲ μητράδελφος αὐτῷ Βάρδας ὀνομασμένος,
Ἄνθρωπος κακομήχανος, ἄγων ἡ στρέφων πάντα.
Ὃς ὑπελθὼν τῷ βασιλεῖ ὡς σκώληξ γλυκυξύλῳ,
Κατεφαγὼν τε τὴν αὐτοῦ καρδίαν καὶ συντήξας,
B Πείθει τὴν μὲν βασίλισσαν ἐλάσαι Θεοδώραν,
Καὶ τὴν τεκοῦσαν ἔκπτωτον θέσθαι τῆς βασιλείας,
Στεφάνῳ δὲ τοῦ Καίσαρος αὐτὸν καπηλεῦσαι.
Ἔρημον οὖν παραλαβὼν τὸν ἄθλιον ἐκεῖνον,
Καὶ τὸ περιφερόμενον ἐκκόψαντα τὴν χεῖρα
Τὴν δεξιὰν ἀριστερᾷ κατὰ τοὺς μαινομένους,
Μᾶλλον δ' εἰπεῖν ἀπάλαμνον ἄχειρα γεγονότα,
Ἢ κατὰ τὸ μυθούργημα τῆς Αἰσωπείας λύρας,
Προβάτιον εἰς ἄνοιαν αὐτόχρημα φανέντα,
Καὶ κύνας ἀπελαύνοντα τῇ συμβουλῇ τοῦ λύκου.
Καὶ πάντ' ἐποίει βουλητὸν αὐτοκράτωρ ὡς ἄναξ.
Οὐ μὴν ἀλλ' ἐκκυλίετο καὶ πρὸς παρανομίαν,
Οἵαν οὐ Σκύθης δέδρακεν, οὐ Πέρσης, οὐ Σαρμάτης.
C Υἱοῦ γνησίου γαμετῇ, φεῦ ἀκολάστου γνώμης!
Μεμιγμένος ὡς ἑαυτῆς ἀναφανδὸν συλλέκτωρ.
Ἤκουσε τοῦτο τὸ δεινὸν Ἰγνάτιος ὁ μέγας,
Ὁ τηνικαῦτα κυβερνῶν τὴν βασιλίδα πόλιν.
Ἦν γὰρ περιλαλούμενον ἐν ἀγυιαῖς, ἐν οἴκοις,
Καὶ πάντων περιέτρεχε τὰς ἀκοὰς τὸ μύσος.
Καὶ τοίνυν ἐσωφρόνιζε τὸν γέροντα τὸν Βάρδαν
Λόγοις, φοβήτροις, ἀπειλαῖς τῶν μελλουσῶν βασάνων,
Ἐπέπληττε, κατήρτιζεν, ἤλεγχεν, ἐνουθέτει,
Πᾶσαν ἐκίνει μηχανὴν εἰς ἐκκοπὴν τοῦ πάθους,
Ἀλλ' ἦν ἐν πᾶσιν ἀληθὴς ἡ Σολομῶντος λύρα,
Ἐλέγχειν ἀποτρέπουσα τοὺς κακογνωμονοῦντας,
Ἔλεγχοι γὰρ ὡς μώλωπες εἰσὶ τοῖς ἀσεβέσι,
Καὶ πλήττουσιν ὡς βέλεμνα τὰς ἀσεβεῖς καρδίας.
D Ὁ Καῖσαρ γοῦν ἐκπικρανθεὶς τοῖς ὀνειδιστηρίοις
Ῥήμασιν οἷς ἐπλήττετο παρὰ τοῦ θεοφόρου,
Οὐ μόνον οὐκ ἐφρόντιζε τῆς παραινετηρίου,
Ἀλλὰ καὶ κότον ἔτρεφε κατὰ τοῦ παραινοῦντος.
Ὅμοιον δρῶν ὡς εἴ τινες ἰχώρων πεπλησμένοι
Νοσοκομοῖντο πρός τινος, οἱ δ' ἀποδιδράσκοιεν,
Καὶ μᾶλλον ἀγριαίνοιντο πρὸς τὸν εὐεργετοῦντα.
Ἐνθένδε Βάρδας προσελθὼν ποτὲ τοῖς μυστηρίοις,
Καὶ μὴ τυχὼν τῆς δωρεᾶς ἐκείνης τῆς ἐνθέου.
Οὐ γὰρ πιστεύεται σαπρὸν ἄγγος εὔοσμα μύρα.
Καὶ πρὸς θυμὸν ἐκπυρωθεὶς ὡς λέων ἐβρυχήσατο,
Ὡς πάρδαλις ἐφάλλεται ῥαγδαία τῷ δικαίῳ,
Καὶ ῥήγνυσι καὶ καταπαύει θείας πηδαλιουχίας.
E Ἀντεισάγει δὲ Φώτιον. φεῦ, ἀντὶ τίνος ποῖον!
Ἐντεῦθεν ἐπεπέρλασαν ἄλμα πειρατηρίων
Τὸν ἱερὸν Ἰγνάτιον ποντοῦν φιλονεικοῦσα.
Ὁ Καῖσαρ γοῦν ἐφύσησε Βορρᾶς ὡς βαρυβόας,
Ὡς ἐρικλύδων ἄγριος, ὡς δύσπνους ἀπαρκτίας,
Καὶ λαίλαπες ἠγέρθησαν βαρύθυμοι καὶ ζάλαι.
Ἀλλὰ γὰρ τίς συνείσεται τὰ πάθη τραγῳδῆσαι

Οσοις αὐτὸν ὑπέβαλον Φώτιός τε καὶ Βάρδας,
Ως ἂν ὑποσημειώσηται γραφὰς ἰδιογράφως,
Ως θέλων ἀποδύσασθαι τὴν ἱερὰν ἐρέαν.
Αποῤῥιζοῦσι μὲν αὐτοῦ τὴν ὀδοντοφυΐαν,
Τὰς γνάθους, φεῦ! συντρίβουσι, τὰς σιαγόνας θλῶσι.
Καθάπερ δὲ χαιρομιανῆ λῄσταρχον κακεργάτην
Γυμνὸν, δεσμώτην, ἄλοι τῇ γῇ προσεφαπλοῦσι,
Ψυχρομαργάρῳ λάρνακι δυσώδει κοπροφύρτῳ
Φέρουσι τὸν κατάπτυστον νεκρὸν τοῦ Κοπρωνύμου.
Αλλ᾽ οὐκ εἰς τέλος ἔλαθον ὁ πάντολμος παλάμη,
Ο πρόξενος δὲ τῶν κακῶν ἀπέτισε τὴν δίκην,
Καὶ τῶν δεινῶν ὁ σκεδαστὴς θυμοῦ τὸν σκύφον πίνει.
Βάρδας μὲν ἔσω τῷ βασιλεῖ βόθρον ὀρύσσων φόνου
Αὐτὸς ἐκεῖνος εἰς αὐτὸν ἐνδίκως κατεῤῥάγη.
Ο δὲ κακοῦργος Φώτιος ἐκβάλλεται τοῦ θρόνου.
Οὕτως οὐδὲν τὰ βλέφαρα Θεοῦ διαδιδράσκει.
Οὕτως ἀνταποδίδωσι Θεὸς ὑπερηφάνοις,
Καὶ λύρα ψάλλει τοῦ Δαβὶδ ἡ καλλιμελεστάτη.
Ο βασιλεὺς δὲ Μιχαὴλ διφρηλασίαις χαίρων,
Καὶ δαιμονίοις ἐντρυφῶν καὶ ταῖς φιλιππασίαις,
Συνὼν καὶ συνδιέτριβε τοῖς θεατρομανοῦσι,
Αὐτὸς ἀναπληρῶν τὴν ἁρματοτροφίαν.
Καὶ δὴ ποτὲ τὸ τέτρωρον εὖ χαλινοστροφήσας,
Καὶ πρός τινος ἀνυμνηθεὶς τοὔνομα Βασιλίσκου,
Αμείβεται τὸν ὑμνητὴν οὐ λίθοις οὐ χρυσίῳ,
Αὐτὸ δὲ τὸ βασίλειον ὕψος φιλοτιμεῖται.
Οπερ ἰδὼν Βασίλειος ὁ Μακεδὼν ὁ μέγας,
Ο παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ Μιχαὴλ κράτωρ προβεβλημένος,
Καὶ τὸ παλίμβολον αὐτοῦ τῆς γνώμης ὑποτρέσας,
Δεῖν ἔγνω προκαταλαβεῖν καὶ προκαταπραχῦσαι,
Εὐθὺς τοῦ φόνου κίρνασι τῷ Μιχαὴλ κρατῆρα,
Επεὶ πρὸς τοῖς τέσσαρσι δέκα κεκρατηκότι.
Καὶ μονοκράτωρ γίνεται καὶ κράτωρ σκηπτροκράτωρ.
Οὐ γὰρ θυγάτηρ, οὐχ υἱὸς τῷ βασιλεῖ ἐτέχθη.
Τὸ σπέρμα γὰρ φασὶ σοφοὶ τὸ τῶν ἐπικαταφόρων
Εἰς ἀφροδίτης ὄργια τὸ γόνιμον οὐκ ἔχει.
Τοῦτον φασὶν τὴν ἄνασσαν ποτὲ θεασαμένην
Τὴν καὶ ψυχὴν βασίλισσαν καὶ τύχην Θεοδώραν,
Τοιαῦτ᾽ εἰπεῖν πρὸς Μιχαὴλ, ὦ βασιλεῦ, καὶ τέκνον,
Ορᾷς τὸν ἄνδρα τὸν πολλοὺ τοῦτον καὶ ῥωμαλέον
Τὸν παρὰ σοῦ τιμώμενον καὶ συμπαρόντα σοι;
Οὗτος τὸ γένος, φεῦ, ἡμῶν ὡς δράκων ἐκροφήσει,
Καὶ προνομάσει, καὶ κτενεῖ καὶ παντελῶς ἐκτρίψει,
Καθάπερ ὄρνιθος οἰκτροῦ νηπίους ὀρταλίχους.
Αλλὰ γὰρ ἄξιον εἰπεῖν τὰ περὶ Βασιλείου,
Οθεν, καὶ τίνων ἔβλαστε, τίνας αὐτοῦ γενάρχας.
Κώμης μὲν οὖν ἐξώρμητο λιτῆς προσγειτονούσης
Τῇ πρωτοπόλει τῇ λαμπρᾷ τῇ Μακεδόνων πόλει,
Ην ἐξ Ορέστου φέρουσαν τὴν προσεπωνυμίαν
Αδριανὸς δειμάμενος ὁ τῶν Ρωμαίων κράτωρ
Τὴν κλῆσιν ἐχαρίσατο τῇ πόλει τὴν ἰδίαν.
Οἱ δὲ γονεῖς καὶ φυτουργοὶ τοῦ καλλικλάδου δένδρου
Οὐ πολυπλούσιοί τινες, ῥινοφεῖς οὐκ ἦσαν,
Οὐδὲ προβατοθρέμμονες, οὐ πλέθρα γῆς αὐχοῦντες,
Αλλ᾽ αὐτουργοὶ, καὶ πένητες, καὶ τῶν χειροβιώτων.
Ως ἐκλειπόντων τὴν ζωὴν, καὶ γῆθεν μεταστάντων,
Καὶ τῶν Βουλγάρων ἄρχοντος τοῦ τηνικαῦτα Κρούμου
Επιδραμόντος σύμπασαν τὴν ὑπὸ τοὺς Ρωμαίους,
Καὶ σκύλων ὑποπλήσαντος αὐτοῦ τὴν στρατηρχίαν,

A tium Photius & Bardas excruciabant? Nimirum ut propriæ manus subscriptione testaretur, amictum se sacrum sponte sua deponere, dentes homini radicitus excutiunt, genas contundunt, maxillas frangunt, ceu piacularibus flagitiis gaudentem, latronum ducem, maleficum, nudum, & vinctum (o Sol, o terra!) in frigidum sepulcrum marmoreum, fœtens, pollutum stercore, quo abominabile cadaver Imperatoris Copronymi continebatur, extensum toto corpore deponunt. Sed hæc audens quidvis manus perpetuo Deum latere non potuit. Quippe malorum machinator pœnas luit, & auctor ærumnarum Ignatii scyphum iracundiæ divinæ hausit. Bardas enim

*Edit. Parif. pag. 105.*
*Crudele facinus.*
*Bardæ interitus.*

B foveam cædis Imperatori fodiens, ipsemet in illam justo judicio præceps corruit: sceleratus autem Photius ille solio patriarchico deturbatus est. Sic nihil omnino divinos oculos fugit: sic Deus superbis mercedem suam tribuit, quemadmodum elegantissima Davidis lyra canit. Cæterum Michaelus Imperator ex aurigationibus voluptatem capiens, saltem apud illos degebat, qui spectaculis ad insaniam usque semet oblectabant, & ipsemet curule certamen peragebat. Quum aliquando quadrigam sollerter admodum converteret, hoc nomine laudatus a quodam Basilisco, prædicatorem illum suum non

*Insania Michaeli.*

C auro, nec gemmis donabat: sed Imperatoriam ei sublimitatem largiebatur. Id ubi videret magnus ille Basilius Macedo, qui jam renuntiatus a Michaelo fuerat Imperator, inconstantiam hominis veritus, antevertendum celeriter ejus conatum statuit. Quapropter craterem lethiferum Michaelo miscet, regno per XIV. annos potito, ac Imperium occupat. Quippe Michaelus neque masculam, neque fœmineam sobolem habebat: quod de sententia doctorum hominum, semen proclivium in Venerem minime fœcundum sit, nec ad procreationem aptum. Memoriæ proditum est, Imperatricem Theodoram, vere animo judicioque regiam

*Basilius Macedo Imp.*
*Theodoræ præsagium de Basilio.*

D fœminam, quum intuita Basilium aliquando esset, hujusmodi verbis Michaelum filium compellasse: Videsne virum hunc, Imperator & fili, præclarum atque robustum, quem honore tu adficis, & perpetuo tecum est? Hic familiam (heu) nostram draconis in morem absorpturus est, vastaturus, interfecturus, omnino exstirpaturus, tamquam implumes infelicis gallinæ pullos. Enimvero pretium operæ fuerit, de Basilio pleraque recensere, unde prognatus, & ex quibus fuerit, quosve generis auctores habuerit. Ortus igitur est ex tenui pago vicino principi clarissimæque

*Origo Basilii.*

E Macedonum urbi, quam prius ab Oreste cognominatam, deinceps Imperator Romanorum Adrianus ab se instauratam, de suo nomine nuncupavit. Parentes autem ejus nec opulenti erant, nec divitiis abundantes, sed plane inopes, laboreque manuum suarum victum quærentes: quibus vita functis, & Bulgarorum principe Crumo ditionem omnem Romanam cum copiis

*pag. 106.*
*Orestias deinde Adrianopolis.*

percutiente, suisque milites opimis spoliis collocupletante, & extincto omni juventutis flore, multisque in captivitatem redactis, Basilius etiam captus est a Belgaris tamquam avicula quædam pennis venustis alis ab aucupe diro.

*Basilius pro mercede servit.* Quum autem e sævis Belgarorum laqueis evasisset, intra fines Romanorum reversus, ceu pauper operas alias suas pro mercede locabat, in quo vitæ genere varias ærumnas pertulit, & labores magnos exantlavit. Tandem animadvertio, se suos hosce labores in sterile solum spargere, propinquis suis relictis e patria discedit, & cætera omnia pro nihilo ducens recta Byzantium contendit. *Constantinopolin venit.* Cum autem urbem pulchras turres habentem ingressus fuit, heic mihi consilium artificiosissimum vide, quo pacto radices rerum multo ante jecerit, & quam veneranda res sit Imperium. Forte cubabat alicubi consopitus Basilius, non refecto corpore, laceris pannis obsitus, capite convoluto & tecto. *Visum nocturnum æditui S. Diomedis.* Cubabat autem in pavimento quodam latericio, vicino divini Diomedis ædi.

Secundum hæc somnium æedituo felix offertur, eumque similiter quiescentem excitat, & Imperatorem intro jubet deducere. Tum de lectulo suo desilit æditus, & ad fani vestibulum recta descendit: Basilium tenuiter istic dormientem invenit, humi stratum, pedibus illotis, vestibus sordidis & pannosis obsitum. Itaque pro quodam errore visum hoc oblatum sibi ducit, & inde discedit. Rursusque obdormiscenti prius illud visum semet offert, idque vice tertia. Via tandem æditus rem intelligere cœpit, & Basilium suas in ædes deducit, & conveniente cura eum reficit.

Erat autem Basilius facie admodum venusta, generosus inprimis, manibus giganteis, pectore lato, robustis lacertis præditus. Itaque ex eo tempore paulatim robur suum manifestum faciens, in ore magnatibus universis erat. Quid multa & supervacaneis verbis opus est? Etiam Michaelo innotuit, ac primo quidem curatoris equorum dignitate cohonestatur: deinde fit accubitor, quæ dignitas apud Romanos ingens est: tandem creatur Imperator, ex quo jam tempore semper eodem in contubernio cum Michaelo degebat. *Edit. Parif. pag. 107. In aulam Basilius pervenit.* Quumque damnasset eum, ceu vinosum ac temulentum, gladio viscera trajecit, & ante tempus Imperium rapuit. Initio Photium ecclesia pellit, & Ignatio thronum restituit. *Michaelum interficit.* Quumque liberalis in cives pecuniis erogandis esse vellet, perquisitis ærariis, quæ prius ingentes pecuniarum copias continebant, quum omnia squalere cerneret, nec hauriri quidquam ex eis posse, dolebat, rem graviter ferebat, inops consilii hæsitabat, quid futurum esset ignorabat, undique coarctabatur. *Egens Imperator aquilæ senis similis.* Nam egens Imperator, & magnis ab opibus destitutus, reapse nihil est aliud, quam aquila senio confecta, spoliata pariter alis, unguibus, & rostro.

A Καὶ σύμπαν νεοτήσιον ἄνθος ἠφανικότος,
Θεμένου δὲ καὶ πλείονας ἐν ἀνδραπόδων μοίρᾳ,
Ἑάλω καὶ Βασίλειος Βουλγάρων ταῖς παλάμαις,
Ὥσπερ στρουθὸς καλλίπτερος πικρῷ θηρατοθήρᾳ.
Τὰς παλαμναίας δὲ φυγὼν βροχίδας τῶν Βουλγάρων
Ἐπίστα πτερυξάμενος αὖθις Ῥωμαίων ὅροις,
Καὶ πρὸς λατρείαν ἑαυτὸν ὡς πένης ἐμισθώσας,
Καὶ τλημονήσας καὶ πολλοὺς καμάτους ἀνατλάσας,
Καὶ γνοὺς ὡς εἰς ἀκάρπωτον γῆν τὰ τοῦ πόνου σπείρει,
Ἀφίσταται τῶν προσγενῶν καὶ τῆς ἐστιαχαμένης.
Καὶ πάντα λογισάμενος τἄλλα μικρὰ καὶ φαῦλα,
Ὡς πρὸς σκοπὸν ἐφέρετο τὴν Βυζαντίδα πόλιν.
Ὡς δὲ τῶν πύργων γέγονεν ἐντὸς τῶν καλλιπύργων,
B Ἐνταῦθα τὴν ἀμήχανον βουλὴν θεωρητέον,
Ὅπως προκαταβάλλεται τὰς ῥίζας τῶν πραγμάτων,
Καὶ πῶς αἰδέσιμον αὐτῇ τὸ βασίλειον χρῆμα.
Ὑπνώττει μὲν Βασίλειος ὅπως ἀπημελήτως,
Διεῤῥαγόσι ῥάκεσιν ἐγκεκορδυλημένος,
Οὐκ ἄργυρον, οὐδὲ χρυσὸν οἴκοθεν ἐπηγμένος.
Εἰς μόνας δὲ τὰς ἑαυτοῦ παλάμας ἀποβλέπων,
Καὶ ταύτας φέρων ἀφορμὴν τοῦ πολυστόνου βίου.
Ὑπνώττει γὰρ ἐπί τινος λιθοπλινθίνης κλίνης
Ἀγχιθυρούσης τῷ ναῷ τοῦ θείου Διομήδους.
Ἀλλ᾽ ἐπὶ τούτοις ὄνειρος λευκόπτερος ἐπέπτη.
Τὸν νεωκόρον τὸν ἐκεῖ ταχέως ἀφυπνίζει,
Προτρέπει τε συναγαγεῖν ἔνδον τὸν βασιλέα.
C Ἀποπηδᾷ τῆς ἑαυτοῦ κλίνης ὁ νεωκόρος,
Ἐπὶ τὸ προπυλαίσμα συντόμως βηματίζει,
Καταδαρθάνοντα λιτῶς Βασίλειον ἐφίστατι,
Χαμεύνην, ἀνιπτόποδα, λυπρόν, ῥακοφόρον.
Πλάνην νομίζει τὸ φανὲν, ἐκεῖθεν ἀνατρέχει.
Καὶ πάλιν ὕπνος ἔπιπτεν ἐν τοῖς αὐτοῦ βλεφάροις,
Καὶ πάλιν ὄνειρος ὁ πρὶν, καὶ τοῦτον μέχρι τρίτου
Συνῆψε, κατεφώρασε μόλις ὁ νεωκόρος.
Ποιεῖται τὸν Βασίλειον ἐφέστιον αὐτίκα,
Καὶ θεραπείας ἀξιοῖ τοῦτον τῆς πρεπωδούσης.
Ἦν δ᾽ ὁ Βασίλειος καλὸς, γενναῖος, γιγαντόχειρ,
Εὐπάλαμνος, ἀριστήριος ἥρως, στεῤῥοβραχίων.
Ἐντεῦθεν οὖν τὸ θεναρὸν κατὰ βραχὺ γνωρίσας
Ἅπασιν ἐπὶ στόματος ἐκεῖτο μεγιστᾶσι.
D Καὶ τί μακρὰ καὶ περιττά; τῷ Μιχαὴλ ἐγνώσθη,
Καὶ πρῶτα μέν τοι φροντιστὴς ἐτίμητο τῶν ἵππων,
Ἔπειτα καὶ παρακοιμώμενος, πρᾶγμα Ῥωμαίοις μέγα.
Καὶ τελευταῖον βασιλεὺς καὶ σὺν αὐτῷ διῆγε.
Τοῦ δὲ κραιπαλῶντος κατεγνωκὼς ὡς πότου καὶ μεθύσου,
Καὶ κώμοις ἐπιχαίροντος καὶ θηλυμανοῦντος,
Κατὰ τῶν σπλάγχνων τῶν αὐτοῦ διήλασε τὸ ξίφος,
Καὶ τὸ κράτος ἥρπασε πρὸ χρόνου, πρὸ τῆς ὥρας.
Οὗτος εὐθὺς τὸν Φώτιον ὠθεῖ τῆς Ἐκκλησίας,
Καὶ πάλιν ἀποδίδωσι τὸν θρόνον Ἰγνατίῳ.
Θελήσας δὲ καὶ τῷ κοινῷ χρήματα ἐπιδοῦναι,
Καὶ δὴ ἐρευνησάμενος οἴκους χρηματοφόρους,
Οἵ τινες πρὶν συνέσφιγγον τὰς τῶν χρημάτων λίμνας,
E Καὶ βλέψας πάντας αὐχμηροὺς, μὴ δ᾽ ἄντλον ἐντυχοῦντας,
Ἤλγει, βαρέως ἔφερεν, ἠλύει, ἠδημόνει,
Οὐκ εἶχεν ὅτι γένοιτο, πάντοθεν ἠπορεῖτο.
Ὁ βασιλεὺς γὰρ ἐνδεὴς ὄλβου πολυταλάντου
Ἀτεχνῶς ἐστὶν ἀετὸς παλαίτερος γεγηρακώς,
Ἀφῃρημένος τὰ πτερὰ, τὰς ὄνυχας, τὸ ῥάμφος.
Ἐντεῦθεν ὁ Βασίλειος ἤχαλλεν, ἠδημόνει.

Ὁ κρά-

Ὁ κράτωρ γάρ τοι Μιχαὴλ πάντα κατακενώσας,
Καὶ μίμοις χαρισάμενος συμπαίκταις καὶ συμπόταις,
Οὐ μόνον γῦπας δίδωσι χωνείᾳ καταχύσας,
Ἀλλὰ καὶ τὴν καλλίστρουθον πλάτανον τὴν χρυσίαν
Ἐφ᾽ ᾗ καθῆστο χρύσεα παντοδαπὰ στρουθία,
Καὶ μέλος ἐτιτύβιζον ὡς ἀπὸ ζώσης γλώσσης,
Καὶ τοῖς ἀκούουσιν αὐτῶν ἔκπληξιν ἐνεποίει,
Ἐκθαμβουμένοις τὸ καινὸν τῆς μηχανῆς ἐκείνης.
Ὁ δὲ καὶ πένθους ἄξιον καὶ θρήνων καὶ δακρύων,
Λέξων ὁ λόγος ἔρχεται καὶ βαρυστεναχέσων.
Ὁ μεγαλομαθέστατος ἐν βασιλεῦσι Λέων
Τῷ φιλοκάλῳ βασιλεῖ τοῦ Μιχαὴλ γενέτῃ
Ἐξαίσιον εἰργάσατο σκεῦος ὡρολογίου,
Δι᾽ οὗ παρεῖχε καθορᾶν τῷ βασιλεῖ καθ᾽ ὥραν
Ἐν μέσοις διατρίβοντι τοῖς βασιλείοις οἴκοις,
Εἴπου τολμᾶται τὶ καινὸν ἐν Ἄραψιν, ἐν Σκύθαις.
Τελοῦντι γοῦν τῷ Μιχαὴλ ποτὲ διφρηλασίας,
Σύρων στρατὸς ἐξορμηθεὶς πρός τινος ἐμηνύθη
Μετὰ βαρείας καὶ σφοδρᾶς καὶ κραταιᾶς τῆς ῥύμης.
Ὅπερ ἀκούσας Μιχαὴλ, καὶ δείσας μὴ τὸ πλῆθος
Τοῖς ἀκουσθεῖσι ταραχθὲν τὸ θέατρον ἐκλείπῃ,
Αὐτίκα τὸ μηχάνημα κελεύει συντεθλᾶσαι.
Φεῦ τῆς σκαιότητος αὐτοῦ. φεῦ τῆς φρενοβλαβείας;
Φεῦ, φεῦ. ὁποῖον θησαυρὸν ἠφάνισε Ῥωμαίων
Ἄνθρωπος ῥυπαρόβιος πότης βοσκηματώδης;
Καὶ ταῦτα μὲν ἀρκούντως μοι τεθρήνηται τῷ λόγῳ.
Ὁ κράτωρ δὲ Βασίλειος ἤδη κατανοήσας
Εἰς γόνυ, φεῦ. ὀκλάσασαν τὴν τῶν Ῥωμαίων τύχην,
Καὶ κινδυνεύουσαν πεσεῖν ἀθλίως ἐπὶ στόμα,
Μᾶλλον δ᾽ εἰπεῖν ἐκλείπουσαν καὶ πνέουσαν τὰ λοῖσθα,
Δεῖν ἔγνω τὴν βασίλειον ἀναλαβεῖν σοφίαν,
Καὶ σῶσαι τὴν παρὰ μικρὸν νεκράν τε καὶ τυμβήρη.
Ἐντεῦθεν κάματοι πυκνοὶ, καὶ μέριμναι, καὶ μόχθοι,
Καὶ θώραξ περιστέρνιος, καὶ σιδηροφορία,
Καὶ πόλεμοι φιλαίματοι, καὶ συνεχεῖς φροντίδες,
Καὶ βίος ὑπαιθρίδιος, καὶ κόρυθες, καὶ λόγχαι,
Καὶ βλέφαρον [illegible] εἰς κόρον ὕπνου.
Ἐντεῦθεν ἀνεσώσατο τὰ πράγματα Ῥωμαίοις,
Καὶ τύχην τὴν γηράζουσαν τὴν ῥυτιδωθεῖσαν
Καλὴν [illegible] εἰργάσατο κορίσκην.
Ἔγνωσαν τότε βάρβαροι θῆρα τὸν πρὶν ὑπνοῦντα
Γενναίως ἐγειρόμενον κατὰ τῶν ἀδικούντων.
Καὶ πάντες ὑποστρέψαντες ἔδυσαν ὀπὰς φωλεῶν.
Καὶ πάλιν ὑπερίσχυσεν ἡ τῶν Ῥωμαίων ῥάβδος.
Ἐπεὶ δὲ κλύδωνας φυγὼν Ἰγνάτιος τοῦ βίου
Τοῖς ἀγαλλιῶσιν οὐρανοῦ προσώρμισε λιμέσιν,
Ὁ βαθυγνώμων Φώτιος ἀεὶ διψῶν τοῦ θρόνου,
Καὶ σπεύδων ἐπιδράξασθαι πάλιν τῆς Ἐκκλησίας,
Τοιὸν δέ τι βαθύτροπον καὶ σκολιὸν τεχνᾶται.
Τῶν ὀνομάτων τὰς ἀρχὰς ἀπολαμβάνει μόνον
Τοῦ βασιλέως τῶν υἱῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς Αὐγούστης,
Καὶ τὸ Βεκλὰς συντίθησι, καὶ τοῦτο σαφηνίσας,
Τοῖς τότε σοφιστεύουσι πράγματα προξενήσας,
Ἔδοξεν εἶναι βασιλεῖ μέγας ἐπὶ σοφίᾳ,
Καὶ πάλιν τὸν πολύζηλον ἀπολαμβάνει θρόνον.
Ἀλλ᾽ ἄρα τὸ ἀπροσφαλὲς πᾶσι τοῖς γηγενέσι,
Καὶ κῆρες σύμφυτοί τινες συνίασι τοῖς ἀνθρώποις.
Ὁ γὰρ πολὺς τὴν σύνεσιν ἄνακτος ἐν βασιλεῦσιν
Ὑπό τινων ἐξαπατηθεὶς ἀνδρῶν ὑφιστρόπων,
Οἳ δόλους ὑποῤῥάπτουσι καὶ μηχανοπλοκοῦσι,
*Conft. Man.*

A Nimirum Michaelus Imperator exhaustis omnibus, & in mimos, collusores, compotores profusis, non gryphes tantum aureos confluverat: verumetiam platanum illam, in qua omnis generis aviculæ considebant, & non aliter cantillabant, atque si linguas vivas haberent, auditoribus ad earum voces obstupescentibus, machinamque novam & inusitatam admirantibus. Lubet etiam aliud quiddam lacrymis & lamentatione dignum exponere. Princeps ille philosophorum, & infinitis eruditus disciplinis Leo, Theophilo Imperatori, Michaeli patri, plane inusitatum confecerat instrumentum horologii, per quod Imperatori agenti in regia singulis horis
B spectandum exhibebat, quidquid novi vel apud Arabes, vel apud Syros tentatur. Forte Michaelo curules ludos peragenti significatum est a quodam, Syrorum copias domo profectas esse cum impetu gravi atque vehemente. Qua re Michaelus audita, veritus ne multitudo perturbata hoc nuntio, theatrum desereret: mox ipsam machinam confringi jussit. Heu quanta fuit hæc imperitia, quantaque dementia! proh qualem Romanis thesaurum, perdidit impurus homo, bibax, pecuinus. Et hæc quidem satis jam deplorata funto. Cæterum Basilius, Imperator animadverso, fortunam Romanam (heu) pervolu-
C tam in genua labascere, jamque illo in periculo versari, ut in os misere collaberetur, vel rectius ut loquar, animo quasi defectam, spiritus extremos ducere: regia sibi utendum sapientia statuit, & ejus saluti consulendum, quæ tantum non esset mortua, jamque sepulcro condenda. Quapropter ex eo tempore nil nisi perpetui labores, sollicitudines, molestiæ, thoraces circa pectus, arma ferrea, bella cruenta, galeæ, hastæ, oculi ad satietatem somno minime recreati. Atque hoc modo rem Romanam restituit, & fortunam Imperii jam senescentem, ac rugas contrahentem,
D rursus instar puellæ vegetam & venustam effecit. Agnovere tum barbari feram, quæ prius sopita, strenue nunc adversus injuriarum auctores evigilarat. Iccirco territi latebras subiere, potentia Romana rursus invalescente. Quum autem liberatus vitæ procellis Ignatius, ad placidos jam cæli portus appulisset: astutus ille Photius, numquam non throni cupidus, in hoc totus incumbens, ut ecclesia rursum potiretur, hujusmodi quiddam sane versutum ac pravum molitur. Solas primas litteras nominum Imperatoris, liberorum ejus, & Augustæ sumit, atque inde * Beclas
E componit, eoque declarato, quum ejus ætatis hominibus litteratis negotii non parum exhibuisset: visus est Imperatori vir esse magnæ doctrinæ ac sapientiæ, ideoque solium ei patriarchicum redditur. Sedenim mortalium mentes plurimum errant, naturalia fata quædam homines comitantur. Nam Imperator hic cæteroqui prudentissimus, a vafris quibusdam hominibus persuasus, qui fraudes nectunt, & machinationes struunt, carissimosque li-

Platanus aurea confracta.

De horologio Leonis philosophi.

BASILIUS Imperio labascenti succurrit.

*Edit. Parif. pag.* 108

Ignatii mors.

*Compositum ex his nominibus, Basilius, [illegible], Constantinus, Leo, Alexander, Stephanus.

Ἐδόκει τὸ γινόμενον παρὰ τοῦ βασιλέως.
Τὸν γάμον γὰρ ἐπιγαμεῖν τέταρτον, καὶ μολύνειν
Τὴν ἄφθαρτον καὶ καθαρὰν νύμφην τῆς Ἐκκλησίας.
Καὶ τοίνυν ὁ Νικόλαος πρῶτος ὢν ἀρχιποιμένων,
Καὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν διέπων τηνικαῦτα,
Λαλεῖ, παρρησιάζεται, πληροῖ τὸ τοῦ προφήτου
Λαλῶν Θεοῦ μαρτύριον ἔναντι βασιλέων,
Καὶ τὰς ἐκεῖθεν ἀπειλὰς οὐ πτήσσων οὐδὲ τρέμων·
Οὕτως ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ βάλλει μακρὰν τὸν φόβον
Τὸν ἐξ ἀνθρώπων δυναστῶν καὶ τῶν ἐν τῷ κρατούντων.
Ἐντεῦθεν ἐκδιώκεται τῆς ποίμνης καὶ τοῦ θρόνου,
Καὶ δεῖ καὶ κατακρίνεται τὰ τῆς ὑπερορίας.
Ἕτερος δ' ἀντεισάγεται πολὺς ἀνὴρ τὰ θεῖα,
Ὃς ἐξ ὀνύχων ἁπαλῶν καὶ πρώτης ἡλικίας
Ζυγὸν τὸν θεῖον ὑπελθὼν τὸν τοῦ μονήρους βίου
Οἰκεῖον ἔσχεν Ὄλυμπον τὸν κατὰ τὴν Μυσίαν,
Καὶ χάρισιν ἐξέλαμψε τὸ μέλλον προδηλώσας.
Οὗτος Θεοῦ κελεύσαντος ἑνοῖ τὴν Ἐκκλησίαν,
Καταρραχθεῖσαν εἰς πολλὰς τομὰς καὶ διαιρέσεις
Ἐπὶ παρανομήματι τῷ τῆς τετραγαμίας.
Ὁ δὲ φιλοσοφώτατος ἐν βασιλεῦσι Λέων
Περιπεσὼν ταῖς φυσικαῖς τοῦ σώματος ἀνάγκαις,
Καὶ νόσῳ χειμαζόμενος κίνδυνον ἐπαγούσῃ,
Ἤδη πρὸς ἔτος εἰκοστὸν σὺν ἕκτῳ διιθύνας
Τὸ κράτος τὸ βασίλειον καὶ τὴν Ῥωμαίων τύχην,
Καὶ συννοήσας τὸν θάνατον καὶ τὴν τοῦ σκήνους λύσιν,
Κράτορας ἀναδείκνυσιν αὐτάνακτας κρατάρχας
Ἀλέξανδρον τὸν ἀδελφὸν καὶ παῖδα Κωνσταντῖνον,
Τοῦτο καὶ μόνον προσειπὼν πνοαῖς ἐν ταῖς ἐσχάταις.
Βλέπω καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ὡς κακοδαίμονα χρόνον
Μετὰ τρεῖς καὶ δέκα μηνῶν ἀπαρτίους τοῦτο λέγων,
Ὅτι τοσοῦτον ἔσεσθαι τὸ κράτος Ἀλεξάνδρου.
Καὶ γὰρ οὐκ ἐξεπέπτωκεν ὁ λόγος, οὐδὲ σφάλλει.
Ὁ γὰρ Ἀλέξανδρος τρυφαῖς ἐσχολακὼς καὶ πότοις,
Καὶ μόνον τὸν γαργαλισμὸν τοῦ σώματος φροντίσας,
Ἄλλο δ' οὐδὲν κατάξιον τοῦ βασιλείου κράτους
Οὐ δράσας, οὐ φθεγξάμενος, οὐ νοῶν κατὰ καρδίαν,
Ὡς ἄνθος ἐρρύσωσεν οἷα ξηρὸν ἐκμαρανθὲν ἡλίῳ,
Καὶ τάχιον ἐξέλιπε νόσοις πικραῖς φθινάσι,
Καὶ Κωνσταντῖνος γίνεται μόναρχος μονοκράτωρ,
Ἔτι παιδίσκος ἁπαλὸς καὶ τρυφερὸς ὑπάρχων,
Καὶ βασιλείας κυβερνᾷν ὑπὸ τὸ σκάφος θεῖναι,
Τῆς γὰρ ἡλικιώσεως ἕβδομον ἦγεν ἔτος,
Ὃ καὶ πολλῶν παραίτιον γίνεται κακοτήτων,
Καὶ θλῖψιν ἐπότισεν ἀλμυρὰν τὸν βασιλέα,
Εἰ καὶ τὸ τέλος αἴσιον τῶν πειρασμῶν ἀπέβη.
Ὥσπερ γὰρ νεομόσχευτον ἀρτίφυτον δενδρεῖον,
Μήτε χειμῶνος κρυερὸν ὑπενεγκεῖν ἰσχῦον,
Μήτε πνευμάτων προσβολὰς ἀγρίων δυσανέμων,
Μήτε ῥαγδαίους ὑετούς, μήτε καυσώδη θάλψιν,
Μὴ χαλαζῶν σφαιρώματα, μήτε κρυστάλλου πῆξιν.
Πνοαὶ ποθὲν βαρύηχοι τινὲς ἐκριπισθεῖσαι,
Ἢ χαλαζῶν πετρώματα σφοδρῶς δυσχυθέντα
Χειμάζουσι καὶ κάμπτουσι καὶ κλίνουσι τὸ γόνυ,
Καὶ καταμαλαπίζουσιν αὐτοῦ τὴν τροφερίαν,
Καὶ πάντοθεν προσβάλλουσιν ὡς ἐν πολιορκίᾳ·
Φιλονεικοῦσι τὸ φυτὸν προθέλυμνον ἐκτρίψαι.
Ἂν δὲ τὰς ζάλας δυνηθῇ φυγεῖν τὰς κακοποιούς,
Καὶ τὸν χειμῶνα τὸν βαρὺν καὶ τὴν ἐκεῖθεν βίαν,
Γίνεται δοκιμώτερον ἅτε πολλὰ παλαῖσαν,

Const. Man.

A Leonis factum Dei ministris absurdissimum videbatur, progredi videlicet Imperatorem quartas ad nuptias, & incorruptam puramque Christi sponsam Ecclesiam polluere.

Quamobrem pastorum princeps Nicolaus os aperit, libertatem loquendi usurpat, vatis verbum implet, Dei testimonium coram regibus exponens, nec minas ullas eo nomine reformidans. Sic Dei metus longe timorem abigit a viris potentia præditis, & rerum potentibus incussum. Itaque Nicolaus grege suo & cathedra pellitur, & solum vertere jubetur: substituitur autem ipsius B loco quidam alius, sacrarum rerum longe peritissimus, qui a teneris unguiculis & ætate prima solitariam in Olympo Mysiæ monte vitam egerat, & dono vaticinandi præditus erat. Hic de mandato divino ecclesiam ad unitatem reduxit, multipliciterque distractam ac in partes divisam, propter delictum Leonis, quartas ad nuptias progressi.

*Nicolaus patriarcha Leonem reprehendit.*

*Edit. Parif pag. 110.*

Quum autem Leo doctissimus inter Imperatores morbo correptus periculum vitæ minitante, administrato jam per viginti sex annos Romanorum Imperio, mortem im- C minere sibi animadverteret: Alexandrum fratrem, & Constantinum filium, Imperatores creat, hoc solo in extremis respirationibus, jamque eo animam agente pronuntiato. Alexandrum etiam (proh parcum malignumque tempus) post tredecim menses exactos video. Volebat autem significare, regnum Alexandri tantillum temporis duraturum: quæ sane Leonis vox minime vana aut fallax fuit. Nam Alexander voluptatibus avocatus & compotationibus nimium indulgens, & corporis tantum titillationibus deditus, nec alia re tanto Imperio digna vel opere, vel verbis perfecta, vel animo denique concepta, D ceu flos solis efficacitate marcescens extinctus est, & a morbis celeriter absumptus.

*Alexander simul cum Constantino fit Imp.*

*Vaticinium Leonis.*

Itaque solus mortuo Leone Imperium Constantinus obtinuit, ætatis adhuc teneræ puer, qui Imperii gubernationi parum aptus esset, annis immaturus, annos scilicet id temporis septem modo natus; quæ res multis etiam malis occasionem præbuit, mirificeque Imperatorem afflixit, tametsi felicem exitum procedente tempore habuerit. Quemadmodum enim arbor recens plantata, quæ propter teneras adhuc radices frigidam hyemem per- E ferre nondum potest, neque ventorum sævissimos impetus, neque imbres vehementiores, nec æstus fervidos, nec grandinem tempestatesque volantes tolerare, si ab ortis alicunde ventis aut grandine vexata, nihilominus vim eorum graviorem effugiat & evadat illæsa, multo fit exploratior quam arbor a

*Constantinus VII. porphyrogenitus Imp.*

Edit. Parif. pag. 111

ventis & sole exercitæ plurimum a natura roboris habere perhibeantur: Sic etiam Constantinus hic, Leonis filius in prima pueritia consequutus Imperium, posteaquam vix multis elapsis annis de continuis calamitatibus, ærumnis, afflictionibus evasisset, prudentiam longe solidiorem ceu fructum quemdam nactus est, instar nautæ gravibus procellis jactati, & vix tandem tranquillum in portum delati.

Constantinus Andronici filius Ducas Imperium affectat.

Nam primum fortissimus ille Constantinus, quem natum ajunt Andronico Duca patre, magna manu coacta præclare armatorum hominum, Imperatorem subito invasit, puerili nimirum ejus ætate contempta. Verum enimvero fallax res est, uti Davides canit, ad salutem equus ferox, agilis, volucer, fremens. Quippe Constantinus etiam de sella equestri excussus, in terram præceps corruit, & gladio protinus confossus est.

Leonis Phocæ motus.

Ubi vix gravis illa tempestas præteriisset, alia longe gravior exorta fuit. Etenim Leo Phocas, dignitate Magister, vir proceritate corporis ac robore insignis, cui Romani exercitus omnes erant crediti, quum receptum ab Imperatore videret Romanum Lacapenum seniorem rei navalis Drungarium: jam olim tyrannidem parturiens, impetuque propterea represso, quod necdum se offerret occasio, tum demum opportunitatem nactus (uti quidem arbitrabatur) commodam fœtum illum suum in lucem edidit, & viperam enixus est: quique jamdiu scintillam animi male affecti apud se nutrierat, tunc rogum accendit camini igne stridentis.

Quæ molitus Leo Phocas egerit.

Etenim præ se ferens omnia nomine Imperatoris ab se suscipi, & ejus ad utilitatem referri, qui a Romano artificiose ac astute circumscriptus esset: copias undique coegit & instruxit, Lycaonia, Thracia, Colchide, Iberia, Pamphylia, Mysia, Syria, Cilicia, numero maris arenas æquante, quo continebantur milites egregie strenui, armati præclare, ignem in præliis spirantes, viros pugna stataria præstantes. Hinc ad Chrysopolim castra metatur, sitam e regione Constantinopolis, (quamquam non peccaverit qui urbem illam Uranopolim, hoc est, urbem cælestem cognominaverit) & campos viris bellicosis replet.

pag. 112

Totum ejus regionis solum ex hastarum ære fulgebat, galeæ resplendebant, scuta sonum efficiebant, aer ab hastarum cuspidibus coruscabat. Aderant milites scutati, aderant sagittarii, equites, loricati, universis ferrum gestantibus. Vel ipsis gigantibus ejusmodi castra formidini fuissent. Leonem autem cupidum regni contra Imperatorem omnia fuisse molitum, obscurum esse demum haud potuit. Id quidem temporis Romanum occasionis loco na-

A Καὶ χειμαδὸν πειρώμεναι καὶ καυστείραις ὥραις.
Αὐταὶ γὰρ ἀνεμοτρεφεῖς καὶ γυμνασθεῖσαι ἀνέμοις
Πολύ τι τὸ στερέμνιον ὡς φασὶ φύσει φέρει.
Οὕτως κἀκεῖνος ὁ βραχὺς τὴν ἡλικίαν ἄναξ,
Ὁ παῖς ὁ πορφυρόφυτος Λέοντος Κωνσταντῖνος
Μόλις ποτὲ μετὰ μακροὺς ἡλίου περιδρόμους
Τῶν συμφορῶν ὑπεκτυχὼν τὰς ἀλλεπαλληλίας,
Καὶ πειρασμῶν ἐπαγωγάς, καὶ θλίψεις ἀκαθύμους,
Σύνεσιν ἐκαρπώσατο πολλῷ παγιωτέραν,
Ὥσπερ ναυάτης κυμανθεὶς πολυκυμίαις ζάλαις,
Καὶ μόλις εἰς εὐγάληνον λιμένα καταντήσας.
Πρῶτον μὲν γὰρ ὁ καρτερὸς ἐκεῖνος Κωνσταντῖνος,
B Ὃν γοῦν γενέτην λέγουσιν Ἀνδρόνικον τὸν Δούκαν,
Χεῖρα πολλὴν συναγαγὼν ὁπλιτῶν ἐσταλμένην
Ἀθρόον ἐπιτίθεται τῷ πορφυροβλαστήτῳ,
Τῆς νηπιότητος αὐτοῦ πάντα καταφρονήσας.
Ἀλλὰ ψευδὴς ὡς ὁ Δαβὶδ ψάλλει πρὸς σωτηρίαν
Ἵππος ὑψαύχην εὔσκαρθμος πτηνώπους φρυγματίας.
Κἀκεῖνος γὰρ ἐκσφαιρισθεὶς τῆς ἕδρας τῆς ἱππείας
Πίπτει πρὸς γῆν κατενεχθεὶς καὶ παραυτὰ τὸ ξίφος
Γεύεται τούτου τῆς σαρκὸς καὶ βάπτεται τῷ φόνῳ.
Ἄρτι δὲ τούτου τοῦ δεινοῦ χειμῶνος παρελθόντος,
Ἕτερος ὑπεγείρεται βαρύτερος ἐκείνου,
C Πολλῷ τοῦ πρὶν πικρότερος καὶ τῆς προτέρας ζάλης.
Ὁ γὰρ Φωκᾶς ὁ μάγιστρος, ὄνομα τούτῳ Λέων,
Ἀνὴρ μεγέθει σώματος καὶ ῥώμῃ διαπρέπων,
Καὶ πᾶσαν τότε πιστευθεὶς Ῥωμαίων στρατηγίαν,
Ἰδὼν προσλαμβανόμενον παρὰ τοῦ βασιλέως
Τὸν γέροντα τὸν Ῥωμανὸν τὸν ἀπὸ τῆς Λακάπης,
Τὸν ναυτικὸν δρουγγάριον ὄντα τὸ τηνικαῦτα,
Καὶ πάλαι μὲν τὴν ἔμφυλον ὠδίνων τυραννίδα,
Καὶ σκαλεύων καθ' ἑαυτὸν τὰ τῆς ἀποστασίας,
Ὅμως ἐπέχων τὴν ὁρμήν, οὐ γὰρ καιρὸς ἐκάλει,
Τότε καιροῦ δραξάμενος ὡς ᾤετο προσφόρου
Ἐξέρρηξε τὸ κατ' αὐτοῦ τὸ βάρος τῆς ὠδῖνος,
D Κἀκ τῆς γαστρὸς τὴν ἔχιδναν ἐξήνεγκεν εἰς φάος.
Καὶ τρέφων πάλαι παρ' αὐτῷ σπινθῆρα δυσμενείας
Τότε πυρὰν ἐξέκαυσε καμίνου πυριβρόμου.
Καὶ πάντων προσποιούμενος ὑπὲρ τοῦ βασιλέως
Πάντα σπουδάζειν καὶ ποιεῖν τὰ συμφέροντα τούτῳ,
Ὡς δὴ παρὰ τοῦ Ῥωμανοῦ καταστρατηγηθέντος
Ὁπλίζεται μετὰ στρατοῦ ῥυέντος πανταχόθεν
Ἐκ Λυκαόνων, ἐκ Θρᾳκῶν, ἐκ Κόλχων, ἐξ Ἰβήρων,
Ἐκ Παμφυλίων, ἐκ Μυσῶν, ἐκ Σύρων, ἐκ Κιλίκων,
Καὶ φάλαγγας συναθροίσας ὅσον θαλάττης ψάμμον,
Ἄνδρας γενναίους μαχητὰς πάντας ἀγωνιστάς,
Πῦρ ἐν πολέμοις πνέοντας, ἄνδρας ἀγχεμάχους,
Καταστρατοπεδεύεται παρὰ τῇ Χρυσοπόλει,
E Τῆς Βυζαντίδος πόλεως κατέναντι κειμένης.
Ἣν οὐρανόπολιν εἰπών, οὐκ ἄν τις ἐξαμάρτῃ.
Καὶ πίμπλησιν ἀρεικῶν ἀνδρῶν τὰς πεδιάδας.
Καὶ πᾶσαν γῆν κατέχαλκον, ἀπέστραπτον αἱ λόγχαι,
Ὑπέλαμπον αἱ κόρυθες, ἀσπίδες ἐπατάγουν,
Ἀὴρ ἐπυρσευγίζετο ταῖς ἐπιδορατίσιν.
Ἦσαν ἐκεῖ χρυσάσπιδες, ἦσαν φαρετροφόροι.
Ἔφριξαν ἂν καὶ γίγαντες παρεμβολὴν τοιαύτην.
Αὐτὸς μὲν οὖν βασιλειῶν καὶ τοῦ κρατεῖν ἐρῶντος
Πάντα τυρβάζων καὶ ποιῶν οὐκ ἔλαθεν εἰς τέλος.
Τότε δὲ τέως πρόφασιν τὸν Ῥωμανὸν εὑρίσκων
Προσεποιεῖτο κατ' αὐτοῦ τοῦ Ῥωμανοῦ στρατεύειν,

Καὶ νεουργεῖ καὶ συγκροτεῖ φάλαγγα στρατευσίμων,
Προτρέπεται τὴν ἀλωπεκῆν ἄγειν ἀκαταμαχήτως,
Οὐ πάντη γὰρ τὴν λεοντῆν εἶχεν ἡρμοσμένην.
Ὁ γέρων γὰρ ὁ Ῥωμανὸς ὁ τοῦ ναυτικοῦ κατάρχων,
Κἀντεῦθεν περιποιούμενος ἰσχὺν οὐ τὴν τυχοῦσαν,
Ἰδὼν περιφερόμενον δεινῶς ὑψηλ' ἀρχικοῦ τὸ κράτος,
Καὶ κυμαινόμενον δεινῶς ὡς ναῦς ἀστατουμένη,
Ἣν ἄελλαι χειμέριοι στρέφουσι καὶ δονοῦσι,
Καὶ καταιγίδες ἄγριαι καὶ στρόβοι πνευματώδεις,
Καὶ τὰ Ῥωμαίων πίπτοντα φύρδην καὶ κακοτρόπως
Ἅτε χειρὶ κρατούμενα παιδίου νηπιάχου,
Τῶν κράτορος ὑπάρχεται θεραπόντων καὶ προσποιεῖται.
Εἴπερ καὶ μᾶλλον εὐνοεῖν ἐδόκουν τῷ κρατοῦντι.
Καὶ κοινωσάμενος αὐτοῖς βουλὰς κρυφιωτέρας,
Καὶ συνυφάμενος αὐτοῖς καὶ συνδολοπλοκήσας,
Καὶ μηχανὰς παντοδαπὰς πορφύρας βαθυπλόκους
Ἐσχηματίζετο τολμᾶν βιαίαν τυραννίδα,
Καὶ πᾶσαν φέρειν καὶ πτεροῦν πρὸς τὴν στολαρχίαν
Ὡς θροῦν ἐντεῦθεν ἄγριον κατάθρυλον κωματίαν
Ἐπεισπίπτειν καὶ σπαραγμὸν ἐπὶ τὴν βασιλείαν,
Καὶ πάντας κατασείεσθαι τῷ κλύδωνι τοῦ δέους,
Ἕως ὁ πάντα στρέφουσα παλίντροπος τοῦ βίου
Προσώκειλε τὸν Ῥωμανὸν αὐλαῖς ταῖς τῶν ἀνάκτων
Ὡς ἐν ἀγκάλαις γαληνοῖς ὅρμου ἀλλεξανέμου
Τοῖς πρωτοβούλοις γὰρ πεισθεὶς ἢ μᾶλλον ἐπιβούλοις
Ὁ βασιλεὺς τὸν Ῥωμανὸν ὡς φίλον οἰκειοῦται,
Καὶ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀρχῆς φύλακα καθιστάνει,
Εἴπη τις ἂν οὐκ ἀφυῶς οὐδ' ἂν ἀχαριτώτως,
Τροχίλον ὁ κροκόδειλος, ἡ πίννα τὸν καρκῖνον.
Ὁ γοῦν Λέων ὁ Φωκᾶς, οὗ πρότερον ἐμνήσθην,
Τὸν Ῥωμανὸν κατάρχοντα βλέπων τοῦ βασιλέως,
Καὶ φέροντα καὶ στρέφοντα ὡς τὸ δοκοῦν ὡς δοῦλον
Τὸν ἄνακτα τὸν ἁπαλὸν ὄρπηκα τῆς πορφύρας,
Ἐσκήπτετο παθαίνεσθαι δῆθεν ὑπὲρ ἐκείνου,
Καὶ τὸν στρατὸν εἰς ἄμυναν ἄγειν εὐνοίας νόμῳ,
Τὸ δ' ἀληθὲς ἐφ' ἑαυτὸν ἐφείλκετο τὸ κράτος.
Ἀλλ' ὁ δρασσόμενος σοφοὺς ἐπὶ ταῖς πανουργίαις,
Καὶ στρέφων διαβουλίας, καὶ τὰ κρυπτὰ γινώσκων,
Τὰς μηχανὰς τοῦ Λέοντος εἰς τοὐναντίον τρέπει,
Καὶ λύκος μάτην ἐγχανὼν ὁ Λέων ἐγνωρίσθη.
Ταῖς γὰρ βουλαῖς τοῦ Ῥωμανοῦ πειθόμενος ὁ κράτωρ,
Γραφὴν ἐρυθροσήμαντον πρὸς τὸν στρατὸν ἐκπέμπει,
Κατηγοροῦσαν τοῦ Φωκᾶ πρόδηλον τυραννίδα,
Τῷ Ῥωμανῷ δὲ τἀγαθὰ προσεπιμαρτυροῦσαν.
Ἐντεῦθεν φύρσις τοῦ στρατοῦ κατέσχηκε καὶ ζάλη,
Καὶ κολοιὸς ξενόπτερος ἦν ὁ Φωκᾶς ὁ Λέων.
Τὴν γὰρ γραφὴν τοῦ κράτορος οἶμαι δυσωπηθέντες,
Ἔφυγον πάντες ἔρημον τὸν ἄθλιον λιπόντες.
Ζωγρεῖται τοίνυν ὁ Φωκᾶς καὶ σβέννυται τὰς κόρας,
Καὶ λύχνους τοὺς τῶν ὀφθαλμῶν τυφλώττει ζοφοῦται,
Καὶ πάλιν ἦν ὁ Ῥωμανὸς ἄγων καὶ φέρων πάντα.
Πλὴν ἀλλ' ὡς μήτηρ πιστωθεὶς τὴν φυλακὴν τοῦ νέου
Αἴφνης ἐφάνη μητρυιὰ δύστηνος ἀντ' εὐνοίας,
Καὶ τοῦτο τὸ λεγόμενον ἀποσοβῶν τοὺς λύκους,
Ἵνα τὸ πρόβατον αὐτὸ σπαράττῃ καὶ θοινᾶται.
Ὁ μὲν γὰρ ἄναξ Ῥωμανὸν εὔνουν νομίσας εἶναι,
Καὶ κηδεμόνα τῆς ζωῆς, καὶ πρόμον τοῦ κράτους,
Πρῶτα μὲν μάγιστρον τιμᾷ μέγαν ἑταιρειάρχην,
Εἶτα τῇ δόξῃ προστιθεὶς ἄλλην μείζονα δόξαν,
Καὶ πρὸς ἀκρώρειαν ὑψοῖ ἐκ τῶν χθαμαλωτέρων,

A ctus, adversus eum se bellum gerere simulabat, & copiis amplissimis instructus, nefarie vulpinam assuebat, leonina pelle non prorsus ad omnia semet extendente. Quippe Romanus senior, classis praefectus, ideoque non exigua potestate praeditus, animadverso, Imperii statum hinc & illinc fluctuare ceu navim, quam hybernae tempestates gravissimae succutiunt, adeoque res Romanas collabi misere, uti quae in tenerae admodum aetatis manu sitae forent: in amicitiam eorum Imperatoris ministrorum & cubiculariorum semet insinuat, qui praecipua complecti benevolentia Imperatorem viderentur. Cum his communicatis occultis con- B silliis, reque deliberate, & fraudulenter instructa, tyrannidem aperta vi moliri se simulabat, & ad invasionem ejus classem universam adducere. Quo factum est, ut rumor dirus in aulam deferretur, & universi gravissimo terrore percellerentur. Donec tandem rerum humanarum vicissitudo, quae omnia solet immutare, Romanum ad aulam Imperatoris traduxit, velut ad tranquillum quemdam portum. Nam Imperator a praecipuis consiliariis suis, vel potius insidiatoribus persuasus, Romanum tamquam amicum suum ad familiaritatem admit- C tit, eumque tam vitae, quam Imperii sui custodem ac defensorem renunciat: crocodilus scilicet trochilum, pinna cancrum. Nam ita non inepte nec ineleganter quis de hoc facto pronuntiaverit. Itaque Leo Phocas, cujus mentionem modo faciebamus intellecto, Imperatorem a Romano regi ceu mancipium quoddam: prae se ferebat, quasi eam rem moleste ferret, animoque benevolo copias ejus defendendi caussa secum adduceret: quum reapse Imperium sibi quaereret. Sedenim is, qui callidos in versutia sua ca- D pit, & consilia invertit, secretaque cognoscit, molitiones Leonis in contraria vertit, ideoque Leo frustra rem eggressus, hianti lupo similis factus est. Nam Romani consiliis obtemperans Imperator, litteras rubrica subscriptas ad exercitum mittit, quibus apertam Phocae tyrannidem accusabat, & egregium Romano testimonium perhibebat. Tum vero magna inter milites oriri perturbatio, & Leo Phocas mox graculus ille plumis alienis ornatus fieri. Quippe universi litteras Imperatorias (ut arbitror) reveriti, misero Phoca deserto aufugiebant. Venit ergo vivus in hostium potestatem, & oculis spoliatur. Ex eo tempore cuncta per Romanum administrari, qui recepta in se juvenis custodia, tamquam si mater ejus esset, subito se novercam hostilem probabat: & (quod proverbio dici consuevit) lupos terrebat & abigebat, ut ovam ipse dilaniaret ac devoraret. Imperator enim ratus cupere sibi Romanum quam honestissime, adeoque virum illum Imperii sui patronum & conservatorem esse: primo Magistrum creat, & magnum so-

*Edit. Paris. pag. 113.*

Astutum Romani consilium.

Leonis excaecatio.

Ingratitudo Romani erga Imperatorem.

cietatis præsidem. Deinde huic dignitati majorem aliam adjiciens, deque humili conditione Romanum ad verticem rerum evehens, patrem & custodem Imperatoris nuncupat. Denique

*Romanus Lecapenus Imp.*

arctiori amoris vinculo sibi hominem adjungens, sponsalia cum ejus filia contrahit: jamque nuptias celebraturus, socerum Imperatoria corona redimit. Hæc Imperatoris erant in Romanum beneficia, quibus eum se putabat ad amorem sui excitaturum. At occulto præditus animo Romanus, multa suo corde tegens, & ab omni parte sibimet Imperium stabiliens, ut qui jam Imperator esset, et Imperatoris socer: natum in Purpura generum tandem avito patrioque Imperio dejicit, & solo Imperatoris illi nomine relicto, gubernationem universam in se transfert. Itaque Romanus Imperator omnibus erat in ore; Constantinus nomine: cui scilicet adversaretur fortuna, quemque non aliter obscuraret, atque nubes stellam occulere solet. Quinetiam Romanus hac ambrosia fruens ad satietatem usque, nequaquam hic animi sui libidini modum statuere volebat: sed alieno pane toto quasi prærepto suos pascebat, esurire cogens illum ad quem is reapse pertinebat.

*Romanus filios & nepotem Imperatores creat.*

Filios enim suos, & cum eis Christophorum ex primogenito nepotem, Imperatores renunciavit: quodque dolorem gignere majorem posset, ipsumque cor & ossa penetrare, tam in præconiis publicis, quam litteris & consessibus, omnes ante Constantinum collocabat. Quo fiebat, ut hydra multorum capitum esset in regia, quasique seges Imperatorum haud aliter enasceretur, atque olim satos illos terrigenas provenisse fabulæ perhibent, hominibus ex draconis dentibus, qui sparsi fuerant in terram, ortis. Misera vero purpuræ spica in horum medio premebatur, quemadmodum a spinis rosam suffocari videmus.

*Edit. Paris. pag. 114.*

*Romanus Imperium cum suis amittit.*

Quum autem omnia Romanus jam satis se munisse crederet, ac ædificii Semiramidis fundamenta jecisse, vel quamdam quasi Chalanes turrim a gigantibus exstructam, ex asphalto condidisse: collapsus in occiput, etiam tergum fregit, Imperioque dejectus miser, in præceps corruit. Quippe Constantinus ubi virilem ætatem attigisset, qua prudentiæ fax in homine collucere solet, viris bonis in consilium adhibitis, uti nimirum Hercules Jolaum, Theseus sibi Pirithoum adjunxit, serpentina hydræ capita resecuit, & satis illis terrigenis inter se commissis effecit, ut alter alteri mutuum exitium adferret. Deinde densa & caliginosa nube pulsa, radios Imperii puriores emittit.

*Filii parentem regno dejiciunt.*

Primum igitur Romanus, jam senio confectus, longo tempore potitus Imperio, totis nimirum xxv. annis, omnibus sibi per munera beneficiaque devinctis, a suismet filiis raditur, & throno dejicitur, non alter, atque priscus ille Saturnus a Jove regno spoliatus fuisse fertur.

*Filiorum relegatio, & Constantini solius imperium.*

Quo facto, Constantinus Imperator natus in Purpura filios Romani longe nequissimos comprehendit, & quamdam in insulam relegavit. Atque hoc primum

A Πατέρα καὶ προφύλακα ποιεῖ τῆς βασιλείας.
Καὶ πλέον ἐφελκόμενος τὸν Ῥωμανὸν εἰς φίλτρον,
Ἐχέγγυα προγάμια νέμει τῇ τούτου κόρῃ.
Ἤδη δὲ γαμοδαίσια μέλλων τὰ νύμφης θύειν,
Καὶ τὸν γυναικοπάτορα κράτορος στέφει στέφει.
Ταῦτα μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς εἰς Ῥωμανὸν ἐποίει.
Ἐκεῖνον ἐφελκόμενος ὡς ᾤετο πρὸς φίλτρον.
Ὁ δὲ βαθύνους Ῥωμανὸς πολλὰ βυσσοδομεύσας,
Καὶ κρατυνάμενος αὐτῷ πάντοθεν τὸ τοῦ κράτος,
Ὡς βασιλεῖ ὡς ἄνακτι ζεύξας τὴν θυγατέρα,
Ἐᾷ τὸν ἔξαρχε τῆς ἀρχῆς, φεῦ, τῆς παπποπατρῴας
Τὸν πορφυρόβλαστον γαμβρὸν κύμβαχον ἐκδιφρίζει;
Καὶ μόνον χαρισάμενος ὄνομα βασιλείας
B Τῷ δυστυχεῖ καὶ δυστυχεῖ αὐτῷ προσλαβομένῳ
Αὐτὸς ἐπιλαμβάνεται τῆς οἰακοστροφίας,
Καὶ βασιλεὺς ὁ Ῥωμανὸς ἀεὶ ταῖς ἁπάντων γλώσσαις,
Ὁ Κωνσταντῖνος δ' οὐδαμοῦ, τύχα γὰρ ἐνεκότει,
Καὶ κατεκάλυπτεν αὐτὸν ὥσπερ ἀστέρα νέφος,
Ναὶ μὴν εἰς κόρον μετασχὼν τοιαύτης ἀμβροσίας,
Οὐ μέχρι τούτου ἔστησε τὸ λαίμαργον τῆς γνώμης,
Ἀλλ' ὅλον τὸν ἀλλότριον ἄρτον κακῶς ἁρπάσας
Ἐψώμισε τοὺς ἑαυτοῦ, τὸν ἔχοντα τὸν ἄρτον
Καταλιπὼν λιμώττοντα, τοὺς γὰρ ἰδίους παῖδας,
Καὶ Χριστοφόρου τὸν υἱὸν παιδὸς τοῦ πρωτοτόκου,
Κράτορας ἀνεκήρυξεν ἅπαντας αὐτοκράτορας.
Τὸ δ' ἔτι θυμαλγέστερον καὶ μεῖζον εἰς πικρίαν,
C Καὶ τῶν ὀστῶν ἁπτόμενον αὐτῶν καὶ τῆς καρδίας,
Ἐπίπροσθεν ἐτίθετο πάντας τοῦ Κωνσταντίνου
Ἐν ταῖς ἀνακηρύξεσιν, ἐν γράμμασιν, ἐν θρόνοις.
Ἦν οὖν πολυκέφαλος ἐν βασιλείοις ὕδρα,
Καὶ λήϊον ἀνέβαινεν ὄντιπερ βασιλέων,
Ὡς τοὺς σπαρτοὺς τοὺς γηγενεῖς ὁ μῦθος ἀναπλάττει,
Πλασθέντας ἀπὸ δράκοντος ἄνδρας ὀδοντοφύτους,
Καὶ μέσον ἦν ὁ τλησπαθὴς τῆς ἁλουργίδος στάχυς
Ὡς ῥόδον συμπνιγόμενον ἀκάνθαις ὀξυκέντροις.
Ἀλλ' ὅτε ποσῶς ὁ Ῥωμανὸς ἔφθα κατοχυρώσας,
Καὶ τεῖχος Σεμιράμιδος ἄντικρυς ἐκρηπιδώσας,
Καὶ πύργον γιγαντόχειρον Χαλάνης ἀσφαλτώσας,
Τότε πεσὼν ἐπὶ βρεχμὸν καὶ νῶτα κατεάγα,
Καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκκυλισθεὶς τάλας ἐκπερπερεύθη.
D Ὁ γὰρ πορφυροβλάστητος αὐτάναξ Κωνσταντῖνος
Ἤδη σφριγώσης ἐπιβὰς ἀνδρώδους ἡλικίας,
Ὅτε πυρσὸς φρονήσεως ἀνθρώποις ἐπιλάμπει,
Προβόλους προλαβόμενος ἄνδρας ἀγαθοτρόπους,
Ὡς Ἡρακλῆς Ἰόλεων, ὡς ὁ Θησεὺς Πειρίθουν,
Τὰς ὀφιώδεις κεφαλὰς τῆς ὕδρας ἐκθερίζει,
Καὶ πρὸς ἀλλήλους τοὺς σπαρτοὺς πεσεῖν παρασκευάζει,
Τὸ δὲ παχὺ καὶ θολερὸν ἀπορραπίσας νέφος
Καθαρωτέρας ὁ αὐτὸς ἀκτῖνας ἀποστίλβει.
Πρῶτα μὲν οὖν ὁ Ῥωμανὸς ἤδη πρὸς γῆρας φθάσας,
Ἤδη τελγέρων γεγονὼς κατὰ τοὺς μακρογήρους,
Καὶ πλεῖστον μὲν διανύσας ἐπὶ τῷ κράτει χρόνον,
E Καὶ πέντε πρὸς τοῖς εἴκοσι χρόνους σκηπτροκρατήσας,
Πάντας πληρώσας δωρεῶν, καὶ πάντας εὖ ποιήσας,
Ὑπὸ τῶν παίδων ἑαυτοῦ ῥιπτάζεται τοῦ θρόνου,
Καὶ τέλχας ὑποκείρεται τὰς πρὶν στεφοκοσμήτους,
Εἴποι τις ἂν ὑπὸ Διὸς ὁ πρεσβυγένης Κρόνος.
Εἶτα τοὺς παῖδας Ῥωμανοῦ τοὺς κακεντρεχεστάτους
Ὁ πορφυρόρριζος συλλαβὼν ὁ κράτωρ Κωνσταντῖνος
Ἐξοστρακίζει τόμβος ἀθρόους νησιώτας.

Καὶ τότε πρῶτον ἔβλεψε τὴν γραῦν τὴν βασιλείαν
Ὡς κόρην χρυσοστάλακτον, ὡς μαργαροφοροῦσαν,
Ὡς ἁβροχίτωνα τερπνήν, ὡς εὐφροσυνουμένην,
Καὶ προσγελῶσαν καπυρὸν καὶ προσλαλοῦσαν αὐτῷ,
Καὶ συνιοῦσαν συμφρονῶς ἐπὶ παιδογονίᾳ.
Οὗτος τὸν Βάρδαν τὸν Φωκᾶν στρατάρχην καθιστάνει,
Ὃν τῶν σχολῶν δομέστικον εἴποιεν ἂν Ῥωμαῖοι.
Τομίαν δὲ Βασίλειον ἕνα τῶν ἀποκόπων
Φύντα τοῦ Λακαπηνοῦ σκοτίων ἐκ σπερμάτων
Παράκοιτον καὶ φύλακα τῆς βασιλείου κλίνης.
Ἐπεὶ δ᾽ ὁ Βάρδας ἔσβεστο τὴν πρὸς τὰς μάχας θέρμην,
Καὶ τὴν ὀξύρροπον ὁρμὴν ἔψυχε γὰρ τὸ γῆρας,
Εἰς Νικηφόρον τὸν Φωκᾶν τὴν στρατηγίαν τρέπει,
Εἴποι τις ἂν ἐκ λέοντος εἰς τὸν ἐκείνου σκύμνον.
Υἱὸν δ᾽ ἰδὼν εὐτυχικαῖς ἰδίας ἐξ ὀσφύος,
Ὃς ἐξ Ἑλένης Ῥωμανοῦ τῆς θυγατρὸς ἐξέφυ,
Κατονομάζει Ῥωμανόν· ἐλάσαντα δ᾽ εἰς ἥβην,
Καὶ γαμετῇ γὰρ ζεύξαντι, καὶ βλέψας υἱοῦ γόνον
Βασίλειον τὸν μέγιστον ἐπὶ εὐτυχίαις,
Καὶ βρέφος ἐπαγκάλιον βαστάσας τὸ τοιοῦτον,
Καὶ πέντε χρόνους μετασχὼν τοῦ κράτους ἀθολώτου,
Καὶ μέλλων ἀπολύεσθαι τῶν φυσικῶν συνδέσμων,
Αὐτάνακτα καθίστησι τὸν Ῥωμανὸν τὸν παῖδα·
Ἀλλ᾽ οὗτος ἅπασαν ἰσχύν, ἅπασαν δυναστείαν
Κακοῖς καὶ μιξογυναίοις ἀνθρώποις ἐπιτρίψας,
Θήρας αὐτὸς ἐφρόντιζε καὶ κυνηγεσιμάτων,
Καὶ δαιμονίας ἔχασκε πρὸς τὰς κυνοδρομίας.
Τότε τὴν Κρήτην δυσμενῶν Ἀράβων κατεχόντων,
Καὶ κραταιὸν κρησφύγετον θεμένων ἐν τῇ νήσῳ,
Καὶ καταρχησάντων τὴν ὑγρὰν καὶ πάντα ληιζόντων,
Ὁ Νικηφόρος ὁ Φωκᾶς, ἀνὴρ γὰρ ὀξὺς ἐν μάχαις,
Καὶ τὴν ὁρμὴν ἐμπύρειος καὶ δραστικὸς τὰς χεῖρας,
Στολάρχης ἀναδείκνυται, πιστεύεται τὴν μάχην,
Πληροῖ τὴν θάλασσαν σκαφῶν εὐστόχων καλλιταρσῶν,
Κατὰ θηρίων στέλλεται πεζῶν τῶν ὑγροχέρσων,
Μάχην συνάπτει καρτεράν, ἡττᾷ τοὺς ἀντιμάχους,
Βυθίζει τὰς πειρατικὰς ἀκάτους τῶν Ἀράβων,
Χειροῦται τὸν λῃστάρχην τὸν πάντολμον ἐκεῖνον,
Καὶ τὸν γιγαντοπόλεμον ὡς βρέφος συλλαμβάνει.
Ἐντεῦθεν ἀναζεύξας δὲ μετὰ λαμπρῶν τροπαίων
Πολυτελέσι καὶ λαμπροῖς θριάμβοις ἐπομπεύθη·
Τότε καὶ πόλιν τὴν λαμπρὰν τὴν Ἀντιόχου πόλιν
Τὴν εὐγενῆ τὴν εὔμορφον τὴν συμπεποικιλμένην
Ἰσμαηλῖται φονικοὶ δορυάλωτον λαβόντες,
Ὡς πρόδουλον κατέχουσιν, ὡς τριοδῖτιν πόρνην.
Καὶ πάλιν ὁ τροπαιοῦχος σπᾶται Φωκᾶς ῥομφαίαν,
Πάλιν κινεῖται κατ᾽ ἐχθρῶν καὶ μοχθηρῶν ἐκφύλων.
Τοὺς ἀλλοφύλους ῥήγνυσι, ὑπερμαχεῖ συμφύλων.
Καὶ πάλιν τὴν εὐσχήμονα τὴν εὔχρουν τὴν κόρην
Ἐπανασώζει τῇ μητρὶ τῇ καλλιτεκνοτάτῃ.
Ἔτι δὲ τότε τοῦ Φωκᾶ τὴν μάχην συγκροτοῦντος
Τὸν κράτορα τὸν Ῥωμανὸν θάνατος ἀναρπάζει,
Τῇ γαμετῇ Θεοφανοῖ τὸ κράτος λελοιπότα,
Καὶ τοῖς παισὶ τοῖς ἐξ αὐτῆς νεογνοῖς οὖσι
Κεκρατηκότα ἔτεσι τέσσαρσι πρὸς τοῖς δέκα.
Ἀκούει ταῦτα καὶ Φωκᾶς, εὐθέως ἀποτρέχει,
Καὶ πρὸς τὴν μεγαλόπολιν κατεπειχθεὶς φθάνει,
Καὶ πάλιν ἀναδείκνυται τῆς ἕω ταγματάρχης,
Ὅρκους γὰρ φρικτοὺς αἰδεσθεὶς ὑπὸ τῆς βασιλίσσης
Ὡς οὐκ ἐπιβουλεύσειε τοῦ Ῥωμανοῦ τοῖς τέκνοις,

A tempore vidit Imperium, anui simile, tamquam puellam auro luxuriantem, & uniones gestantem, eleganti vestitu fulgere, sibique tum arridere, tum familiariter adesse. Bardam Phocam exercitibus præficiebat, creatum Scholarum (ut Romani loquuntur) Domesticum: Basilium vero eunuchum, qui Lacapeni filius naturalis erat, Accubitorem fecit, & Imperatorii lecti custodem. Extincto autem propter senectam in Barda fervore, quem prælia poscunt, & impetu celeri ad res gerendas, in Nicephorum Phocam copiarum gubernationem transtulit, hoc est, a leone in ejus

Nicephorus Phocas.

B catulum. Nactus eam felicitatem, ut filium ex se atque Helena Romani filia natum videret, eum ipsum Romanum appellavit. Ubi jam adolevisset, ac pubes factus esset, uxorem ei dedit: ex quo filii conjugio nepotem vidit Basilium, principem longe victoriosissimum. Tandem exactis in Imperio quinque annis, absque socio & perturbatione, vitæ finem facturus, Romanum filium Imperatorem renuntiat. Is vero potestatem universam malis & imbellibus eunuchis tradens, capiendis feris & venando miserandus occupabatur. Hoc imperante Cretam insulam Arabes ceperunt,

*Edit. Paris. pag. 115.*

ROMANUS II. porphyrogenitus Imp.

C & receptaculo in ea firmo collocato, mare passim infestum prædis agendis reddebant. Quapropter Nicephorus Phocas, vir acris in bello, & tam animo, quam manu promptus, classis Imperator & belli dux constituitur: qui mox navibus universum mare complet, & contra belluas pedestres pariter ac marinas ablegatur. Pugnam inde cum hoste conserit, eumque magno prælio vincit: piraticas Arabum naves demergit, ipsum principem prædonum, hominem audacissimum, & gigantæum bellatorem velut puerum capit. Hinc e Creta splendidissimis cum trophæis solvens, triumphos magnificos & lætitiæ plenos peragit.

Nicephori Phocæ res contra Sarracenos gestæ.

D Eodem tempore nubilem ac pulchram urbem in morem puellæ ornatam Antiochenam Ismaelitæ homicidæ ceperunt, & in servitutem redegerunt, ac velut meretricem in trivio stantem habuerunt. quapropter rursum Phocas ille victoriosissimus hostem movet, alienigenas frangit, pugnat pro suis, rursum honestam & boni coloris puellam matri pulchrorum liberorum parenti, id est, Romano Imperio Antiochiam restituit.

Antiochia capitur a Sarracenis.

Dum istic bellum gereret, Ro-

E manus Imperator e vivis excessit, uxori Theophanoni & liberis, quos ex ea susceperat, Imperio relicto. Cujus rei fama Phocas ad se perlata, itinere celeri Constantinopolin proficiscitur, ibique rursus exercituum Orientis dux declaratur, sacramentis horribilibus Imperatrici pollicitus, nunquam se Romani liberis insidia-

Theophano cum liberis Imp.

Molitio contra Phocam.

Καμάτοις ἀποτείνοντος, ἄκμων στεῤῥὸς εἰς πόνους,
Καὶ μίγνυται Θεοφανοῖ τῇ πρώην Βασιλίδι,
Καὶ πρὸς τοὺς παῖδας Ῥωμανοῦ χρίσιν πατρὸς δεικνύει.
Τότε Φωκᾶς τὸ τῆς ψυχῆς ἐγνωρίζετο ἀνδρῶδες,
Καὶ τὸ πολεμοκάρδιον καὶ τὸ πρὸς μάχας θέρμον.
Εἶχε μὲν γὰρ παράσημα ψυχῆς εὐγενεστέρας,
Καὶ τὸ στεῤῥὸν μὲν καρτερὸν ὑπέφαινεν ἀρχῆθεν,
Καὶ τὴν τεχνίτην ἱππαστὴν μακρόθεν παρεγύμνου.
Τοὺς δὲ τοῦ δρᾷν δυνάμεις κειμένους παρ᾽ ἑτέροις
Αὐτὸς τὸ γενναιόθυμον ἔμπνιγε κατὰ βάθους,
Ὡς ὁ δαλὸν ἐν σποδιᾷ σπέρμα πυρὸς φυλάττων.
Ὡς δ᾽ ἐπελάβετο καιροῦ καὶ τῆς τοῦ δρᾷν ἰσχύος,
Καὶ πάντα τρέψας ὁ τροχὸς τοῦ παλινδρόμου βίου,
Αὐτὸς αὐτὸν ἐπέστησε τοῖς ἁρμάτοις δίφροις.
